de gratia siue gratitudine. Circa gratiam autem queruntur sex. primo ut gratia sit spalis virtus ab alijs distincta. secundo quod teneat ad maiores gratum actores deo ut innocens vel penitens. tertio ut sit teneat homo ad gratias beneficij humanis reddendas. quarto ut sit retributio gratiarum sit differenda. quinto ut sit mensuranda secundum acceptum beneficij vel secundum dantis affectum. sexto ut sit oportet aliquid in eis recipere.

**Ad primum sic proceditur**

Videtur quod gratia non sit virtus spalis ab alijs distincta. Maxima enim beneficia a deo et a parentibus accipiuntur. sed honores que deo retribuimus prius ad virtutem religionis. honores autem que retribuimus parentibus prius ad virtutem pietatis ergo gratia siue gratitudo non est virtus ab alijs distincta.

**Pro. Retributio proportionalis prius ad iusticiam commutativam.** ut patet per philosophum in. v. et ibi. sed gratie redduntur ut retributio sit. ut ibidem dicitur. ergo redduntur gratie quod prius ad gratitudinem est actus iusticie. non ergo gratitudo est spalis virtus ab alijs distincta. **Pro. Recompensatio requiritur ad amicitiam conservanda.** ut patet per philosophum in. viij. et ibi. sed amicitia se habet ad oes virtutes propter quod homo amatur. ergo gratia siue gratitudo ad quam prius recipiuntur beneficia non est spalis virtus. **Sed contra est quod Tullius ponit gratiam gratum facientem spalem iusticie parte.** **R. n.** dicitur quod sicut supra dicitur est. secundum diversas causas ex quibus aliquid debet. necesse est diversificari debiti reddendi ratione. ita fit quod si in maiori illud quod minus est prius in teo aut primo et principaliter causa debiti. eo quod ipse est primum principium omnium bonorum nostrorum. secundario autem in parte quod est primum nostre generationis et discipline principium. tertio autem in persona que dignitate precellit ex qua contra beneficia procedunt. quarto autem in aliquo benefactoris a quo aliquid particulare et privatum beneficium accepimus. pro quo particulariter ei obligamur. Quia ergo non quicquid debemus deo vel patri vel persone dignitate precellenti. debemus alicui benefactori a quo aliquid particulare beneficium recepimus. inde est quod per relationem qua debitum cultu deo impendimus. et pietatem que colimus parentes. et observantiam qua colimus personas dignitate precellentes. est gratia siue gratitudo que benefactoribus gratiam recompensat. et distinguit a promissis virtutibus sicut que liber posterior distinguit a prioribus quasi ab ea deficientibus.

**Ad. i.** ergo dicitur quod sic religio est quedam supercellens pietas. ita est et quedam excellentes gratia siue gratitudo. unde et gratitudo ad teo supra posita est inter ea que ad religionem

prius. **Ad. ii.** dicitur quod retributio proportionalis pertinet ad iusticiam commutativam que attendit secundum retributum legale. puta si pacto firmetur ut tantum pro tanto retribuatur. sed ad virtutem gratie siue gratitudinis retributio prius que sit ex solo debito honestatis. quia aliquis sponte facit. unde et gratitudo est minus grata si sit coacta ut Seneca dicit in li. de beneficiis. **Ad. iii.** dicitur quod cum vicia amicitia superavit tunc fundet quicquid est virtuti pretium in amico est amicitie impedimentum. et quicquid est virtuosum est amicitie provocativum. et secundum hoc per recompensationem beneficiorum amicitia conservatur que non recompensatio beneficiorum ad virtutem gratitudinis specialiter pertinet.

**Ad secundum sic proceditur**

Videtur quod magis teneat ad gratias reddendas deo innocens quam penitens. Quanto enim aliquid maius donum a deo precepit tanto magis ad gratias reddendas teneat. sed maius est donum innocencie quam iusticie restitute. ergo videtur quod magis teneat ad gratias reddendas innocens quam penitens. **Pro. Sicut benefactori debet gratitudo. ita et dilectio.** sed Augustinus dicit in. iij. confessi. Quis hominum suam cogitavit infirmitatem audeat virtutibus suis tribuere castitatem atque innocentiam suam ut minus amet te quasi minus fuerit ei necessaria misericordia tua tonans peccata conuersus ad te. et postea subdit. et ideo tantumdem imo amplius te diligat. quod per que me videt tantis peccatorum meorum languoribus exui. per te si videt tantis peccatorum languoribus non implicari. ergo etiam magis teneat ad gratiam reddendam innocens quam penitens. **Pro. Quanto gratitudo beneficij est magis continuata tanto maior pro eo debet gratitudo.** sed in innocente magis continuatur diuine gratie beneficium quam in penitente. dicit enim Augustinus ibi demum. Gratie tue reputo et misericordie tue. quia peccata mea tantis glaciis soluisi. gratie tue reputo et que cunctis non feci mala. quid enim facere non potui? et omnia mihi dimissa esse fateor. et que mea sponte feci mala. et que te duce non feci. ergo magis teneat ad gratias reddendas innocens quam penitens. **Sed contra est quod dicitur Lu. viij. Cui plus dimittit plus diligit.** ergo eadem ratione plus teneat ad gratiam reddendas. **R. n.** dicitur quod actio gratiarum in accipiente respicit gratiam dantis. unde ubi est maior gratia ex parte dantis ibi requiritur maior gratiarum actio ex parte recipientis gratia autem est quia gratia datur. Unde dupliciter potest esse ex parte dantis maior gratia. Uno modo ex quantitate danti et hoc modo innocens teneat ad maiores gratias reddendas quia maius donum ei datur a deo et magis continuatur creature panibus absolute loquendo. Alio modo potest dici maior gratia quia magis datur gratia. et secundum hoc magis teneat ad gratias reddendas penitens quam innocens. quia magis gratia datur illi quod ei datur a deo. cum enim esset dignus pena datur ei gratia. et sic h. illud donum quod datur innocenti sit absolute consideratum maius. fit tamen quod datur penitenti est maius in copatione ad ipsum. sicut enim pauperum pauperi danti est ei maius quam diviti magnum. et quod actus circa singularia in his que agenda sunt magis considerat quod est hic vel nunc tale. quam quod est simpliciter tale. sicut philosophus dicit in. iij. et ibi. de voluntario et involuntario. Ergo hoc patet responsio ad obiectionem.

**Ad tertium sic proceditur**

Videtur quod homo non teneat ad gratias reddendas ob hoc beneficium. Potest enim aliquid sibi beneficium facere. sicut et sibi ipse non cere. secundum illud Ecclesi. iij. quod sibi neque est. cui alij bonum erit. sicut homi-





quin nō esset conseruata iusticie ē q̄litas si vnus retineret  
tem alterius absq̄ eius voluntate. sed debitū morale de-  
pendet ex honestate debentis. ⁊ ideo oportet reddi debito  
tpe fin q̄ erigitur recitudo vnus. **Ad. ij. v̄d.** q̄ feruor  
voluntatis non est virtuosus si non sit rōne ordinatus. et  
ideo si aliquis ex feruore animi. poccupet debitum tpe. non  
erit laudandus. **Ad. iij. v̄d.** q̄ beneficia etiam sunt  
opportuno tpe danda. ⁊ tunc nō est amplius tardandum  
cū oportuni tpe aduenerit. ⁊ idē etiā obseruari oportet  
in beneficiorum recompensatione.

**Ad quintum sic procedit**

Videtur q̄ beneficiorū recompensatio non sit attendenda  
fin affectū beneficiāris. sed fin effectū. Recompensatio enī  
beneficij debetur. sed beneficium in effectu consistit ut ip̄s  
nomen sonat. ergo recompensatio debet attendi fin effectū.  
**Pre.** Gratia que recompensat beneficia ē pars iusticie.  
sed iusticia respicit equalitatem dati ⁊ accepti. ergo in gratia  
recompensatione attendendus est magis effectus q̄ affectū  
beneficiāris. **Pre.** Nullus p̄t attendere ad id q̄d igitur  
rat. sed solus deus cognoscit intentionem affectū. ergo non  
p̄t fieri gratie recompensatio fin affectum. **Sed** contra  
est q̄d Seneca dicit in. i. de beneficijs. Mōnūq̄ magis  
nos obligat q̄ dedit parua magnifice qui erigitur tribuit s̄  
liberet. **R̄s.** v̄d. q̄ recompensatio beneficij p̄t ad tres vir-  
tutes pertinere. scilicet ad iusticiā. ad grātiā. ⁊ ad amicitiam. **Ad**  
iusticiā quidē pertinet q̄n recompensatio habet rōnem de-  
biti legalis sicut in mutuo ⁊ alijs h̄mō. ⁊ in tali recompen-  
satio v̄d attendi fin quantitatem dati. **Ad** amicitiam autē  
pertinet recompensatio beneficij. ⁊ sicut ad virtutē gr̄e fin  
q̄ habet rōnem debiti moralis aliter t̄n ⁊ aliter. nā in re-  
compensatione amicitie oportet respectum haberi ad amicitie  
cām vnde in amicitia vnus debet recompensatio fieri  
fin utilitate quā quisq̄ ex beneficio p̄secutus est. in amicitia  
autē honesti debet in recompensatione haberi respectus ad  
electionē siue ad effectū dantis. q̄ hoc p̄cipue requiritur  
ad virtutē vt d̄r in. viij. et bicop. ⁊ sicut q̄ gratia respicit be-  
neficiū fin q̄ est gratia impensum q̄d quidē p̄ner ad ef-  
fectū. ideo etiā gratie recompensatio attendit magis affectū  
dantis q̄ effectum. **Ad. i.** ergo v̄d q̄ oīs actus moralis  
ex voluntate dependet. vnde beneficij fin q̄ est laudabi-  
le p̄t ei gratie recompensatio debetur. materialiter quidē  
consistit in effectu. sed formaliter ⁊ principaliter in volun-  
tate. vñ Seneca dicit in. i. de beneficijs. Beneficiū nō in eo  
q̄d sit aut datur consistit. sed in ip̄o dantis aut facientis ato  
**Ad. ij. v̄d.** q̄ gratia est pars iusticie nō quidē sicut sp̄s  
generis. sed p̄ quādam reductionē ad genus iusticie. vt su-  
pra dictū est. vñ nō oportet q̄ eadē ratio debiti attendat  
in vnaq̄ virtute. **Ad. iij. v̄d.** q̄ affectū hominis per se  
quidem solus deus videt. sed fin q̄ per aliqua signa ma-  
nifestatur. p̄t etiā ip̄m homo cognoscere ⁊ hoc modo af-  
fectus beneficiāris cognoscitur ex ip̄o modo quo bene-  
ficiū retribuitur. pura quia gaudenter ⁊ prompte ali-  
quis beneficium impendit.

**Ad sextum sic procedit.**

Videtur q̄ non oportet aliquem plus exhibere in reco-  
pensatione q̄ suscepit in beneficio. Quisdam enī sicut pa-  
rentibus nec etiā equalis recompensatio fieri potest. sicut  
pb̄s dicit in. viij. et bicop. sed virtus non conatur ad im-  
possibile. nō ergo gratie recompensatio tendit ad aliquid  
maius. **Pre.** Si aliquis plus recompensat q̄ in bene-

ficio accepit ex hoc ip̄o quasi aliqua ex nobis dicitur  
beneficium de nouo datum teneret homo gratiam reco-  
pensare. ergo ille qui p̄rio beneficium dederat tenebitur  
aliquid maius recompensare. ⁊ sic procederet in infini-  
tum. sed virtus non conatur ad infinitum. quia infinitū  
aufert naturam boni. vt dicitur in. ij. metha. ergo gratie  
recompensatio non debet excedere acceptū beneficij.  
**Pre.** Iusticia in equalitate consistit. sed maius est qui  
dam equalitatis excessus. cum ergo in qualibet virtute  
excessus sit vitiosus. videt q̄ recompensare aliquid maius  
accepto beneficio sit vitiosum ⁊ iusticie oppositū. **Sed**  
contra est quod pb̄s dicit in. v. et bi. Retamulariopo-  
tet ei qui gratiam fecit ⁊ rursum ipsum recipere. q̄d qui-  
dem sit dum aliquid maius retribuitur. ergo recompen-  
satio debet tendere ad hoc q̄ aliquid maius faciat. **R̄s.**  
dicendū q̄ sicut dicitur est recompensatio gratie respicit be-  
neficiū fin voluntatem beneficiāris in quo quidem p̄-  
cipue hoc commendabile videtur q̄ gratis beneficij co-  
tulit ad quod non tenebatur. ⁊ ideo qui beneficium ac-  
cepit ad hoc obligatur ex debito honestatis vt similiter al-  
quid gratis impendat. non autem videtur gratis aliquid  
impendere nisi excedat quantitatem accepti beneficij. q̄  
q̄dū recompensat minus vel equalē non videtur facere  
gratis sed reddere quod accepit. ⁊ ideo gratie recompen-  
satio semper tendit vt pro suo posse aliquid maius retri-  
buar. **Ad. i.** ergo dicendū q̄ sicut dicitur est. in recom-  
pensatione beneficij magis est considerandus affectus  
q̄ effectus. si ergo consideremus effectum beneficij q̄ si-  
lius a parentibus accepit saltem esse ⁊ viuere. nihil equa-  
le filius recompensare potest vt philosophus dicit. si autē  
attendamus ad ipsam voluntatem dantis ⁊ retribuentis  
sic potest filius aliquid maius patri retribuere vt Seneca  
ca. vi. in. ij. de beneficijs. sed tamen non potest sufficere ad  
gratitudinem recompensandi voluntas. **Ad. ij. v̄d.**  
q̄ debitum gratitudinis ex charitate terminatur. que q̄nto  
plus soluitur tanto magis debetur. fin illud ad Ro. i. ij.  
Remini queq̄ debetis nisi vt inuicem diligatis. ⁊ ideo  
non est inconueniens si obligatio gratitudinis intermi-  
nabilis sit. **Ad. iij. v̄d.** q̄ sicut iniusticia que est vir-  
tutis cardinalis attenditur equalitas rerum. ita in gratitudine  
attenditur equalitas voluntatum. vt scilicet sicut ex prom-  
ptitudine voluntatis beneficium aliquis exhibuit ad q̄d  
non tenebatur. ita etiam ille qui suscepit beneficium ali-  
quid supra debitum recompenset.

Questio. CVII.

**Deinde considerandū**

est de ingratitude. Et circa hoc queruntur  
quattuor. primo vtrum ingratitude semper  
sit peccatum. secundo vtrum ingratitude sit peccatum spe-  
ciale. tertio vtrum omnis ingratitude sit peccatum inordi-  
nale. quarto vtrum ingratius sint beneficia subtrahenda.

**Ad primum sic proceditur**

Videtur q̄ ingratitude non semper sit peccatum. Dicit  
enim Seneca in. ij. de beneficijs. q̄ ingratius est qui nō  
reddidit beneficium. sed quandoq̄ aliquis non possit reco-  
pensare beneficium nisi peccando. pura si auxiliatus est ho-  
mini ad peccandum. cum ergo abstinere a peccato non sit  
peccatum. videtur q̄ ingratitude non semper sit peccatum.  
**Pre.** Omne peccatum est in potestate peccatis. quia  
fin Augu. nullus peccat in eo quod vitare non potest. s̄

quandoq; non est in potestate peccantis ingratitude vi  
rare. pura cum non habeat unde reddat. oblitio enim nō  
est in potestate nostra. cum tamen Seneca dicitur in. iij. de  
beneficijs q; in gratissimus omnium est qui oblitus est.  
ergo ingratitude non semper est peccatum. ¶ **De.** Nō  
videtur recompenfare qui non vult aliquid debere. s; in il  
lud apli ad Ro. iij. Nemini quicq; debeatis. sed qui iniu  
tus debet ingratus est. vt Seneca dicit in. iij. de benefi  
cijs. ergo non semper ingratitude est peccatum. ¶ **Sed**  
contra est q; n; ad Thimo. iij. ingratitude cōmūteratur.  
aljs peccatis. cum dicitur. ¶ **Parentibus non obediētes**  
ingrati. scilicet. ¶ **Rñ.** dicendum q; sicut victum est. de  
bitum gratitudinis est quoddam debitū honestatis quā  
virtus requirit. ex hoc autem aliquid est peccatum q; res  
pugnat virtuti. unde manifestum est q; omnis ingrati  
tudō est peccatum. ¶ **Ad. i.** ergo vōm q; gratitudo respicit  
beneficium. alle autem qui alicui auxiliatur ad peccandū  
non confer beneficium sed magis nocuum tum. 7 ideo  
non debetur gratia peccati. nisi forte propter voluntatem si  
sit receptus dum credit adiuuare ad bonū adiuuit ad  
peccandū. 7 tunc non debetur talis recompenfatio vt  
adiuuet ad peccandū. quia hoc non esset recompen  
fare bonum sed malum. quod contrariatur gratitudini.  
¶ **Ad. ij.** vōm q; nullus propter importunam reddendi  
ab ingratitude excusatur. ex quo ad debitum gratitudi  
nis reddendum sufficit sola voluntas vt dicitur est. obli  
uio autem beneficij ad ingratitude[m] pertinet. non qui  
tem illa que prouenit ex naturali defectu qui non subiacet  
voluntati. sed illa que ex negligentia prouenit. vt enī  
dicit Seneca in. iij. de beneficijs. Apparet illū non se  
pe de reddendo cogitasse cui obrepleuit obliuio. ¶ **Ad**  
iij. vōm q; debitum gratitudinis ex debito amoris ter  
natur a quo nullus debet velle aboliri. vñ q; aliquis in iu  
tus hoc debitū debet videtur prouenire ex defectu amo  
ris ad eum qui beneficium dedit.

**Ad secundū sic proceditur**

Videtur q; ingratitude non sit speciale peccatum. Qui  
enim peccat. contra deum agit qui est summus be  
nelactor. sed hoc pertinet ad gratitudinem. ergo ingratitudo  
est speciale peccatum. ¶ **De.** Allum speciale peccati  
sub diuersis peccatorum generibus continetur. sed sub  
diuersis peccatorum generibus potest aliquis esse ingratu  
tus. puta si quis benefactori detrahatur. si quis furetur vel ali  
quid aliud huiusmodi contra eum committat. ergo ingratitudo  
non est speciale peccatum. ¶ **De.** Seneca dicit  
in. iij. de beneficijs. Ingratus est qui dissimulat. ingratu  
s est qui non reddit. 7 ingratus omnium qui oblitus  
est. sed ista non videntur ad vnam peccati speciem perti  
nere. ergo ingratitude non est speciale peccatum. ¶ **Sed**  
contra est q; ingratitude opponitur gratitudini siue gra  
tie que est specialis virtus. ergo est speciale peccatum. ¶ **Rñ.**  
vōm q; omne vitium ex defectu virtutis nominat  
quod magis virtuti opponitur. sicut illiberalitas magis  
opponitur liberalitati q; prodigalitas. potest autē virtuti gra  
titudinis aliquid vitii opponi per excessum. puta si res  
compenfatio beneficij fiat. vel p; quibus non debet vel ef  
fusus q; debet vt ex dictis patet. sed magis opponitur gra  
titudini vitium quod est p; defectū. quia virtus gratitu  
dinis. vt supra habitum est in aliquo amplius tendit. 7  
ideo proprie ingratitude noiatur ex gratitudinis defectu  
ois aut defectus ipsius a. tuo seu punitio specē fontitur

fm habitū oppositum. differunt enī cecitas 7 surditas fm  
differentiā visus. auditus. Unde sicut gratitudo vel disse  
renna est vna spālis virtus. ita etiā ingratitude est vnum  
speciale peccati. h; m; diuersos gradus fm ordinez eoz  
q; ad gratitudinez requiritur. in q; primū ē q; bō acceptus  
beneficium recognoscat. scdm est q; laudet 7 gratias agat.  
tertū. est q; retribuatur pro loco 7 tpe fm suam facultatem.  
sed q; quod est vltimū in generatione est primū in refo  
lutione. ideo primus ingritudinis gradus est vt bō ino  
beneficium non retribuatur. secundus est vt dissimulet quasi si  
demonstrans se beneficium accepisse. tertū 7 grauissimum  
est q; non recognoscat siue per obliuionem siue quocūq;  
alio modo. 7 q; in affirmatione opposita intelligitur ne  
gatio. ideo ad primū ingritudinis gradum pertinet  
q; aliquis retribuatur mala pro bonis. ad secundū q; bene  
ficiam vituperet. ad tertium q; beneficiam quasi malefi  
cium reputet. ¶ **Ad. i.** ergo vōm q; in quolibet peccato  
est materialis ingratitude ad deū. in quantum. i. facit homo  
aliquid quod potest ad ingratitude[m] pertinere. formalit  
autē ingratitude est quando actualiter beneficium premii  
tur. 7 hoc est speciale peccati. ¶ **Ad. ij.** vōm q; nihil p; h; b;  
formalem rōnem alicuius spālis peccati in pluribus pec  
caroz generibus materialiter inuenit. 7 fm hoc in mult  
tis generibus peccatorū inuenitur ingritudinis ratio. ¶ **Ad. iij.**  
vōm q; illa tria nō sunt diuerse species sed diuer  
si gradus vnius spālis peccati.

**Ad tertium sic proceditur**

Videtur q; ingratitude sp; sit peccatum mortale. Deo enī  
maxime debet aliquis esse gratus. sed peccando veniali  
ter bō non est ingratus deo. alioquin oēs homines essent  
ingrati. ergo nulla ingratitude est peccati veniale. ¶ **De.**  
Ex hoc aliquid peccati est mortale q; contrariatur charitati.  
vt supra dictum est. sed ingratitude contrariatur charitati  
ex qua procedit debitum gratitudinis vt supra dictum est  
ergo ingratitude sp; est peccati mortale. ¶ **De.** Seneca  
dicit in. ij. de beneficijs. Hoc beneficij lex. alter statim obli  
uisci debet dari. alter memor esse accepti. sed p; hoc vt  
videtur debet obliuisci vt lateat est peccati recipientis si  
contingat eum esse ingrati. quod non oportet si ingratitudo  
esset leue peccati. ergo ingratitude sp; est peccati mor  
tale. ¶ **Sed** contra est q; nulli est vanda via peccandi mor  
taliter. sed sicut Seneca dicit ibidem. interdū qui iuuat  
fallendus est vt habeat. nec a quo accepit sciat. q; videt  
viam ingritudinis recipienti prebere. ergo ingratitudo  
non sp; est peccati mortale. ¶ **Rñ.** vōm q; sicut ex supra  
dictis p; ingratus dicit aliquis duplit. vno mō per solā  
omissionē puta q; non recognoscat vel non laudet vel nō  
retribuatur vices p; beneficium accepto. 7 hoc non sp; est peccati  
mortale. quia vt supra dictū est. debitū gratitudinis ē vt  
homo etiā aliquid specialiter retribuatur ad quod nō tenetur  
7 ideo si illud pretermittit nō peccat mortaliter. est tñ pec  
cati veniale. q; hoc prouenit ex negligentia quadā aut ex  
aliqua indispositione hōis ad virtutem. potest tñ contin  
gere q; etiā talis ingratitude sit mortale peccatum vt p;  
preter intentionem contemptū vel etiā propter conditionez  
eius quod subtrahitur quod ex necessitate debetur bñfi  
cio siue simple siue in aliquo necessitate casu. Alio modo  
dicitur aliquis ingratus q; non solū pretermittit implere  
gratitudinis debitū. sed etiā contrariū agit. 7 hoc etiā  
fm conditionē eius q; agit q; est peccatum mortale  
quāq; veniale. Sciendū m; q; ingratitude que prouenit ex

peccato mortali habet perfectam ingratitudinis rationem, illa vero quae puenit ex peccato veniali imperfectam. Ad. i. ergo videtur quod pro peccato veniale non est aliquis ingratus deo secundum perfectam ingratitudinis rationem. habet tamen aliquam ingratitudinis in quantum peccatum veniale tollit aliquam virtutem pro qua deo habet obsequium. Ad. ii. videtur quod ingratitudo quae est cum peccato veniali non est peccata caritati sed est praeter ipsam. quod non tollit habitum caritatis, sed aliquam actum ipsius excludit. Ad. iii. videtur quod idem Seneca dicit in. vii. de beneficiis. Erant siquis estimat cum dicimus eum qui beneficium reddit obliuisci oportere excutere nos illi memoriam rei. praeterim bene sustinere. cum ergo dicimus meminisse non debet. hoc volumus intelligi predicare non debet nec iacere. Ad. iiii. videtur quod ille qui ignorat beneficium non est ingratus si beneficium non recipere. videtur sit paratus recipere si offerat. Et autem laudabile quicquid ut ille cui prouidetur beneficium ignorat. non praeter in animis gloriae vitiatione. sicut beatus Nicolaus aurum fuerit in domum praesens vitare voluit humani fauore. tamen etiam quod in hoc loco amplius beneficium facit quod consulit vixit die eius qui beneficium accepit.

Ad quartum sic procedit

Videtur quod ingratis sunt beneficia subtrahenda. Et tamen enim Sap. xvi. Ingrati spes tanquam hybernalis glacies tabescit non autem eius spes tabesceret si non esset ei beneficium subtrahendum. ergo sunt subtrahenda beneficia a ingratis. De. Nullus debet alteri prebere occasione peccandi. sed ingratus beneficium recipiens sumit occasione ingratitudinis. ergo non est ingratus beneficium dandum. De. In quo quis peccat hoc et torquetur ut dicit Sap. xi. sed qui ingratus est beneficium accepto peccat contra beneficium. ergo est beneficium prauius. Sed est hoc dicitur Lu. vi. quod alius inuis benignus est super ingratos et malos. sed eius pro imitatione nos filias esse oportet ut ibidem dicitur. ergo non debemus ingratis beneficia subtrahere. Respondeo. videtur quod circa ingratos duo consideranda sunt. primo quidem quod ipse dignus sit pari. et si certum est quod meretur beneficium subtractione. Alio modo considerandum est quid oporteat beneficium facere. primo namque oportet quod beneficium non debet esse laetitia ad ingratitudinem inducendam quod frequenter aliquis ut Seneca dicit quod non reddidit gratum esse. quod forte non occurrat ei facultas aut debita oportunitas miras reddendi. secundo debet redere ad hoc quod ingratus gratum faciat quod si non potest pro beneficio satisfacere forte faciet secundo. si vero ex beneficiis multiplicatio ingratitudinis augetur et peior fiat debet a beneficiis exhibitione cessare. Ad. i. ergo videtur quod auctoritas illa loquitur quantum ad id quod ingratus dignus est pari. Ad. ii. videtur quod ille qui ingrato beneficium exhibet non debet occasione peccandi. sed magis ingratitudinis et amoris. si vero ille qui accipit ingratitudinis erande occasione sumat non est vana impudens. Ad. iiii. videtur quod ille qui beneficium dat non statim se debet exhibere punitione ingratitudinis prius sed prius medicum. ut scilicet iteratis beneficiis ingratitudinem sanet.

Questio. CVIII.

Deinde considerandum

est de vindicta. Et circa hoc queruntur quatuor. primo videtur quod vindicta sit licita. secundo videtur quod sit specialis virtus. tertio de modo vindicandi. quarto in quo sit vindicta exercenda.

Ad primum sic proceditur

Videtur quod vindicta non sit licita. Quicumque enim visus pat sibi quod dei est peccator. sed vindicta pertinet ad deum dicitur enim Deut. ij. fin aliam litteram. Tibi vindictam et ego retribuam. ergo omnis vindicta est illicita. De. Ille de quo vindicta sumitur non tolleratur. sed malius tolerandi. quia super illud Cant. ij. Sicut hlitum inter spinas. dicitur glo. Non sunt bonus qui malos tolerare non potuit. ergo vindicta non est sumenda de malis. De. Vindicta per penas fit et quibus causatur timor servilis sed lex noua non est lex timoris sed amoris ut Aug. dicit contra Adamantium. ergo ad miras in nouo testamento vindicta fieri non debet. De. Ille dicitur vindicta re se qui iniurias suas vult scire. sed ut videtur non licet etiam iudici in se delinquentes punire. dicit enim Chrysostomus super Matth. dicitur magis exemplo christi nostras iniurias magnanimiter sustinere. dei autem iniurias necessitas ad auditum sufferre. ergo vindicta videtur esse illicita. De. Peccatum multitudinis magis est nocuum quam peccatum vnius tantum. dicitur enim. Eccl. xxi. Aliter vultis timor cor meum. delaturam ciuitatis et collectionem populi. sed de peccato multitudinis non est vindicta sumenda. quia super illud Matth. xij. Simite vitas crescere ne forte eradicentur. dicitur glo. quod multitudo non est excommunicanda nec princeps. ergo nec alia vindicta est licita. Sed contra. Nihil est expectandum a deo nisi quod est bonum et iustum. sed vindicta de hostibus est expectanda a deo. dicitur enim Lu. xxiij. Deus non faciet vindictam electorum in suorum clamantium ad se die nocte. quasi diceret. imo faciet. ergo vindicta non est pro se mala illi circa. Respondeo. videtur quod vindicta sit pro aliquo penale malum inflicium peccanti. Est ergo in vindicatione considerandum vindicantis animus. Si enim eius intentio feratur principaliter in ipsum illius de quo vindicta sumitur et ibi de ferat non est omnino licita. quod delectari in malo alterius pertinet ad odium quod caritati repugnat quia oculus homines debemus diligere. nec aliquis excusari si malum intendat illius qui sibi iniuste intulit malum. sicut non excusatur aliquis per hoc quod odit se odientem. non enim debet homo in alium peccare propter hoc quod ille peccauit prius in ipsum hoc enim est vincere a malo. quod apostolus prohibet ad Ro. xij. vincens. Noli vinci a malo. sed vince in bono malum. Si vero intentio vindicantis feratur principaliter ad aliquid bonum ad quod peruenitur per penam peccantis. puta ad emendationem peccantis. vel saltem ad correctionem eius et quietem aliorum et ad iusticie conseruationem et dei honorem. potest esse vindicta licita alijs rebus circumstantijs seruatis. Ad primum ergo dicendum quod ille qui secundum gradum sui odinis vindictam exercet in malos. non visurpar sibi quod dei est. sed virtus potestare sibi diuinitus concessa. dicitur enim ad Ro. xij. de principis terreno. quod tibi minister est vindice in uiam ei qui male agit. si autem praeter ordinem diuine institutio aliquis vindictam exercet. visurpar sibi quod dei est. et ideo peccat. Ad secundum dicendum quod mali tolerantur a bonis in hoc quod ab eis proprias iniurias patienter sustinent secundum quod oportet. non autem tolerant eos ut sustineant iniurias dei et proprimorum. dicit enim Chrysostomus super Matth. In propriis iniurijs esse quempiam patientem laudabile est. iniurias autem dei dissimulare nimis est impium. Ad tertium dicendum quod lex euangelij est lex amoris. ideo illis de quibus amorem boni operant. quod solum proprie ad euangelium pertinent non est timor incutiendus pro penas. sed solum illis de quibus amor

nō mouētur ad bonū qui si numero sint de ecclia. non rō merito. **Ad. iij.** dō q̄ iniuria q̄ in seruitur persone aliq̄ cui quōq̄ reddat in deū et in eccliam. et sic debet aliquis propriā iniuriā vltisci. sic patet de Deha qui fecit ignē de se sedere super eos qui venerāt ad ipm̄ capiendum. vt legi tur. iij. Regū. i. et si liter Dehūs maledixit pueris eum iridentibus. vt habetur. iij. Regū. ij. et Siluester papa ex coisicauit eos q̄ eū in exiliū miserūt vt habetur. iij. q. iij. Inquantū dō iniuria i aliquē illata ad eius personā per tinet. debet eā tolerare patienter si expediat. hōmō enī p̄ce pra panētie intelligenda sunt fm̄ p̄parationē aī. vt Aug. diē in li. de finitie dñi in monte. **Ad. v.** dō q̄ oī tota multitudo peccat ē de ea vindicta sumēda vel quātū ad totā multitudinē sic Egyp̄tū submersi sunt i mari rubro p sequētes filios isrl̄. vt habetur Exo. xij. et sic sodomie peccatū vniuersaliter. vt q̄ruz ad magnā multitudinē par ten. sic patet Exo. xxiij. In pena eorū qui vitulū adorauē r̄t. q̄iq̄ dō si sperent multos correctio. debet seueritas vindicte exerceri in aliq̄s paucos principales quibus punitis ceteri terreātur. sic dñs Numer. ixx. Mandatū suspēdit p̄li p̄cipēs. p̄ p̄cto multitudis. si autem nō tora multitudo peccauit sed p̄ parte sic si p̄t mali scerni a ho mis debet in eos vidicta exerceri si in hoc fieri possit sine scādalo alioz. alioquin parcendū est multitudini et vtra hendū fuerint. et eadem rō est de p̄cipe quē sequitur multitudo. tolerandū enī est p̄mō eius si sine scādalo mul titudis puniri nō possit. nisi forte esset tale p̄mō p̄cipis q̄d magis noceret multitudini v̄l sp̄ialiter vel temporaliter q̄ scandalum q̄d exinde oriretur.

**Ad secundū sic procedit**

Videtur q̄ vindicatio nō sit sp̄ialis dñs ab aliq̄ distincta Sicut enī remuneratū boni p̄ bis q̄ bñ agūt. ita puniū tur mali p̄ bis q̄ male agūt. sed remuneratō bonoz nō p̄ tinet ad aliquā virtutē sp̄ale. sed ē act̄ cōmunitate iustit̄ cie. ergo pari rōne et vindicatio nō debet poni sp̄ialis virt̄. **Pre.** Ad actum illum non debet ordinari specialis virtus ad quem homo sufficienter disponitur per alias virtutes. sed ad vindicandum mala sufficienter disponitur homo per virtutem fortitudinis et per zelum. non ergo vindicatio debet poni specialis virtus. **Preterea.** Cuiuslibet sp̄alis virtutis aliq̄d sp̄ale virtutis opponit. sed vindicatio non videt̄ opponi aliq̄d virtutis sp̄ale. ergo nō est sp̄ialis virt̄. **Et** q̄ Tullius ponit eam p̄m̄ iusticie. **Rñ.** dō q̄ sic p̄bñs dicit in. ij. et bicoz. ap̄tudo ad virtutem inest nobis a natura. licet cōplementū virtutis sit per assuetudinē vel p̄ aliquā aliā cām. vñ patet q̄ virtutes p̄ficiūt nos ad p̄sequendū debitū mō inclinaciones natu rales q̄ p̄tinent ad ius naturale. et iō ad quālibet inclinatio nē naturale determinat ordinat aliq̄d sp̄ale. est autē quedā sp̄alis inclinatio nature ad remouendū nocumētū tū vñ et aialibz dat̄ vis inactibz separim a vi occupabili repehit aut̄ bō nocumētū p̄ hoc q̄ se defendit i iniurias ne ei inferant. vñ illas iā iniurias vltiscit. nō intentione nocendi s̄ intentione remouendi nocumētū. hoc aut̄ p̄tinet ad vindicationē. dicit enī Tullius in sua rhetorica q̄ vñ dicitur ē p̄ quā vis aut iniuria rōino quicquid obsequē ē idē ignominiosū defendēdo aut vltiscēdo. p̄pulsat. vnde vindicatio est sp̄ialis virt̄. **Ad. j.** ergo dō q̄ sicut recōpē satio debet legalis p̄tinet ad iusticiam cōmunitatē. recōpē pensatio aut̄ debet moralis q̄d nascitur ex p̄culari bñficio ex b̄bito p̄tinet ad virtutem gratie. ita etiā punitio

peccatorum fm̄ q̄ p̄tinet ad publicam iusticiā est actus iusticie cōmunitate. sedm̄ autē q̄ p̄tinet ad immunitatē alicuius persone singularis a quo iniuria propulsa tur p̄tinet ad virtutē vindicationis. **Ad. ij.** dicendū q̄ fortitudo disponit ad vindicaz remouendo prohibēs scilicet timorem periculi immunitatis. zelus autem fm̄ q̄ importat feruorem amoris importat p̄nam radicem vi dicationis prout aliquis vindicat iniurias dei vel prout morum quas ex charitate reputat quali suas. cuiuslibz autem virtutis actus ex radice charitatis procedit. quia vt Gregori⁹ dicit in quadam omel. Nihil habet vindictans ram⁹ boni op̄is si non procedat ex radice charitatis. **Ad. iij.** dicendū q̄ vindicationi opponuntur duo vitia. vñ quidē per excessum scilicet peccatum crudelitatis vel se uine que excedit mensuram in puniendo. aliud autē est vitium quod consistit in defectu. sicut cum aliquis est nimis remissus in puniendo. Vnde dicitur Proverbioz. xij. Qui patat virge odit filium suum. virtus autē vindicationis consistit in hoc vt homo fm̄ omnes circumstan tias debitam mensuram in vindicando conseruet.

**Ad tertium sic proceditur.**

Videtur q̄ vindicatio non debet fieri per penas apud homines consuetas. Occiso enim hominis est quedam eradicatio eius. sed dominus mandauit Marti. xij. q̄ zizania per que significatur filij neq̄ non eradicarentur. ergo peccatores non sunt occidendi. **Pre.** Quicūq̄ mortaliter peccat eadez pena videtur digni. si ergo aliqui peccates mortaliter morte puniunt. videt̄ q̄ oēs tales deberēt morte puniri q̄d parz ē falsū. **Pre.** cū aliq̄s p̄ p̄cto puni manifeste ex hoc p̄cti ei⁹ manifestat q̄d vide tur esse nocuū multitudini que ex p̄p̄o peccati sumit occa sionem peccandi. ergo videtur q̄ non sit pena mortis pro aliquo peccato infligenda. **Sed** contra est q̄ in e ge diuina bis huiusmodi pene determinatur vt ex supra dictis patet. **Responsio** dicendum q̄ vindicatio iniuriarum licita est et virtuosa inquantum tendit ad cohibitiō nem maloz. cohibentur autem aliqui a peccando qui affectum virtutis non habent per hoc q̄ timent amittere aliqua que plus amant q̄ illa que peccando adipiscunt. alias timor non compesceret peccatum. et ideo per subtra ctionē onuntuz que homo maxime diligit est vindicta de peccatis sumenda. hec sunt autem que homo maxime di ligit. vita incolumitatem corporis. libertatem sui. et bo na exteriora. puta diuitias. patriam et gloriā. et ideo vt Augustin⁹ refert. xij. de ciu. dei. octo genera penarū in legibus esse scabit Tullius scilicet mortem. per quāz tol litur vita. verbera et talionem. vt scilicet oculum pro oculo perdat. per que amittit quis corporis incolumitatem. seruitutem et vincula per que perdit libertatem. oculum per quod perdit patriam. damnum per quod perdit di uitias. ignominiam per quam perdit gloriā. **Ad. j.** ergo dō q̄ dominus prohibet eradicari zizaniā quando timet ne simul cum eis eradicetur triticum. sed quād oq̄ possunt eradicari mali p̄ mortē non solum sine periculo sed etiam cum magna vtilitate bonoz. et ideo in tali casu potest pena mortis peccatozibus infligi. **Ad. sec** cundum dicendū q̄ omnes peccantes mortaliter digni sunt morte eterna quantum ad futuram retributionem q̄ est fm̄ veritatem diuini iudicij. sed pene presentis vñ te sunt magis medicinales. et ideo illis solis peccans per na mortis infligitur que in grauem p̄ncipem alioz c. dist.

Ad. iij. dō qd qñ simul cū culpa innotescit pena vñ moztis vel quecuq; alia quā bō horret. et hoc ipso voluntas eius a peccando abstrahit. q; plus terret pena q̄ allicitat exempluz culpe.

**Ad quartum sic procedit**

Uidef qd vindicta sit exercenda in eos qui inuoluntarie peccauerunt. Voluntas enī vnus non consequit voluntatem alterius, sed vnus punit p̄ alio fm̄ illud Ego. x. Ego sum deus zelotes visitans iniquitatē parū in filios in terram et quartā generationē vñ p̄ peccato Cham Chanaan filius eius maledictus ē. vt habet. Gen. ix. Qui etiā in peccate lepra transmittit ad posterōs. vt habetur. iij. Regū. v. Sanguis enā xp̄i pene redit obnoxios succesores in deoz qui dixerūt. Matth. xxv. Sanguis eius sup nos et sup filios nros. legit̄ etiā qd p̄ peccato Aban p̄ls isrl traditus ē in manu hostiū. vt habet. Josue. vii. et pro peccato filioꝝ Deli idem p̄ls coertur in aspectu p̄bū listinoꝝ. vt habet. i. Regū. iij. ergo aliquis inuoluntarie est puniendus. **De.** Illud solū est voluntariū qd ē in potestate hoīs sed qñq; pena infer. p̄ eo qd non ē in eius potestate. sic p̄pter vnū lepre aliquis remouet ab admitt. ministracione ecclesie. et propter pauertatē aut maliciāz ei vnū ecclesia p̄dit cartheda ep̄alez. ergo non p̄ peccato voluntario vidita infer. **De.** Ignorantia causat inuoluntariū. s; vindicta qñq; exercet in aliq; ignorātes. puuli enī sodomitaz licz haberēt ignorantiā iunctibile. cū pentibō rñ pierunt. vt legit̄. Gen. ix. similiter etiā puuli p̄ peccato Dathā et Abiron p̄ter cū eis absorbi sūt vt habet. Au. meri. xvi. Bona etiā animalia q̄ carent rōne iusta sunt in terra p̄ peccato amalechiarū. vt habet. i. Regū. xv. ergo vindicta qñq; exercet in inuoluntarios. **De.** Eo cito maxime repugnat voluntario. sed aliquis qui timore coactus aliqd̄ p̄m̄ comittit. nō p̄ter hoc reatum pene euadit. ergo vidita exercet etiā in inuoluntarios. **De.** Ambo. dicit super. Luca qd nauticula in qua erat Judas turbatur. vñ et Petrus qui erat firmus meritis suis turbatur alienis. Petrus si volebat p̄m̄ Jude. ergo qñq; inuoluntarius punit f. **Sed** ē est qd pena debet peccato. s; omne p̄m̄ ē voluntariū vt dicit Aug. ergo in solos volūarios exercenda est vindicta. **Ad.** dō qd pena dupliciter p̄t p̄siderari. **Enomō** fm̄ rōnem pene. et fm̄ hoc pena. nō debet nisi p̄ctō. q; p̄ penaz repa equalitas iusticie inquantū ille qui peccando nimis secutus est suam volūtatē aliquid s; suam voluntatē p̄m̄. vñ cum omne peccatū sit voluntariū etiā originale vt supra habitum est. consequens est qd nullus punitur hoc mō nisi p̄ eo qd volūtarie factū est. **Aliomō** potest considerari pena inquantū est medicina non solum sanatiua peccati p̄teriti. sed etiāz p̄feruatiua a peccato futuro. vñ etiam p̄motiua in aliqd̄ bonū. et fm̄ hoc aliquis interdū punitur sine culpa. non tñ sine cā. **Sciendū** tñ qd nunq; medicina subtrahit maius bonū vt p̄moueat minus bonū. sic medicina carnalis nunq; cecat oculū vt sanet calcaneū. qñq; tamē infer no cumentū in minorib; vt meliorib; auribus p̄stet. et q; bona sp̄alia sunt maxima bona. bona autē sp̄alia sunt minima. id qñq; punitur aliquis in sp̄alib; bonis absq; culpa. cuiusmodi sunt plures pene p̄ns vite diuinitus inflite ad humilitationē vel p̄bationē. nō autē punitur aliquis in sp̄alib; bonis sine propria culpa. neq; in p̄nti neq; in futuro. q; ibi pene nō sunt medicine. sed p̄sequunt sp̄iales dānationē. **Ad.** i. ergo dō qd vñ bō pena sp̄aliniūq;

punit p̄ peccato alterius. q; pena sp̄ialis p̄tinet ad aīam fm̄ quā quilibet est liber sui. Pena autē sp̄alis enī qñq; vñ punit p̄ peccato alterius tripliciter rōne. **Primo** quidē q; vñ bō sp̄aliter est res alterius. et ita in penā eius etiā ipse punitur. sic filij fm̄ corpus sunt quedā res p̄ns. et scru quēdam res dñoz. **Aliomō** inquantū p̄m̄ vnus deriuat in alterū vel p̄ imitationē. sic filij imitant peccata parentū. et serui peccata dñoz vt audacius peccēt. vel p̄ modū meritū. sic peccata subditoz merent peccatoꝝ p̄latū fm̄ illud Job. xxxij. Qui regnate facit boiez hypocritā. p̄ter peccata ppli. vñ et p̄ peccato David pplm̄ numerantis p̄ls isrl punitus est. vt habet. ij. Regū. vi. huc etiā aliqua lē cōsentim seu similitudinē. sic etiā interdū boni simul punitur sp̄aliter cū mal. q; eoz peccata nō redarguerūt vt Aug. dicit in. i. de ciui. dei. **Tertio** ad cōmendandū vnū rarē bñane societatis et q̄ vnus debz p̄ alio sollicitus esse ne peccet. et ad detestationē peccati vñ pena vnus redundat in oēs quasi oēs essent vnū corpus vt Aug. dicit de peccato Aban. qd autē dñs dicit. visitas peccata parentū in filios in terrā et quartā generationē. magis videt ad misericordiaz q̄ ad seueritatē p̄tinere. vñ nō statim vindictāz adhibet. sed expectat in posterū vel salū posteri corrigatur. sed excrente malicia posterōꝝ q̄si necesse ē vltionē ini ferri. **Ad.** ij. dō qd sic Aug. dicit. iudiciū humanū debz imitari diuinū iudiciū in manifestis dei iudiciis quibus boies sp̄aliter dānat p̄ proprio peccato. occulta vñ dei iudicia quib; sp̄aliter aliq; punit absq; culpa. nō p̄t bu manū iudiciū imitari. q; bō non p̄t cōp̄tendere hoz iudicioꝝ rōnes vt sciat quid expediat vnicuiq; et id nunq; fm̄ bñanum iudiciū aliq; debet puniti sine culpa pena flagelli vt occidat vel munet vel s; baref. Pena autē dāni punit aliquis etiā fm̄ bñanum iudiciū etiā sine culpa sed nō sine cā. et hoc tripliciter. **Enomō** qd hoc qd aliquis in ep̄us reddidit sine sua culpa ad aliqd̄ bonū habendū vñ cōsequendū. sic p̄pter vnū lepre aliquis remouet ab admitt. ministracione eccle. et propter bigamiā vel iudicium sanguinis aliquis ipedit a sacris ordinib;. **Secundo** qd bonum in qd dānicat nō est propriū bonū sed cōe. sicut qd aliq; ecclesia habeat ep̄atū p̄met ad bonū rōne ciuitatis si aut ad bonū clericoz tñ. **Tertio** qd bonū vnus dependet ex bono alterius. sic in crumie lese maichanis filius amittit hereditatē p̄ peccato p̄ntis. **Ad.** ij. dō qd puuli diuino iudicio simul punitur tēporaliter cū parentib;. tñ qd sunt res parentū et in eis etiā parentes punituntur. tñ etiā qd hoc in eoz bonū cedit. ne si referantur essent imitatores p̄ne malicie. et sic grauiorē penas mererentur. in bñta vñ aīalia et quascūq; alias irrōnales creaturas vñ dicit exercetur. q; per hoc punitur illi quoz sunt. et ite tñ propter detestationē peccati. **Ad.** iij. dō qd coactio timoris nō facit simplr inuoluntariū sed habet volūtarū mixtū vt supra hitum est. **Ad.** v. dō qd hoc mō p̄ctō Jude creari apli turbabatur. sic p̄ peccato vnus punitur in l'itudo ad vnitatē cōmendandā vt dicit̄ ē. **Qd.** CIX

**Deinde p̄siderandū**

Dei de veritate et vitio oppositis. Circa veritatem autē queruntur quatuor. **Primo** vñ veritas sit virtus. **Secundo** vtrum sit specialis virtus. **Tertio** vtrum sit pars iusticie. **Quarto** vtrum magis declinet in minus.

**Ad primū sic procedit.**

Unde qd veritas no sit virtus. Prima em virtus est fides cuius obiectu est veritas. cu ergo obiectu sit prius habitus et actu. videt qd veritas no sit virtus sed aliquid prius virtutis. **Pre.** Sicut pbis dicit in. iij. ethicoz. ad virtutes ponit qd aliquis cofiteat extrema circa seipm. et neqz ma iora neqz minora. sed hoc non sp est laudabile. neqz in bono. qz vt dicit **Prover.** xvij. Laudet te alienus et no os tuum. nec etiaz in mal. qz contra quosda dicit. **Esa. iij.** Recitarum suu quasi sodoma pdicauerunt nec absconderunt ergo veritas non est virtus. **Pre.** Omnis virtus aut e theologica aut intellectualis aut moral. sed veritas no est virtus theologica. qz no hz deum p obiecto. sed res piales dicit em **Tullius** qd veritas est p qua imitatur ea q sunt aut fuerunt aut futura sunt dicunt. similiter etiam non est virtus intellectualis. sed finis eaz. nec etiaz est virtus moralis. qz non consistit in medio inter supfluz et vinituz quanto enim aliquis plus dicit vepz tanto melius est. e. **Pre.** ergo veritas no est virtus. **Sz** contra est qd pbis in. iij. ethicoz ponit veritate inter ceteras virtutes. **Rn.** dicit qd veritas dupliciter accipi pot. Unom fm qd veritas te aliquis dicit vepz. et sic veritas no e virtus. sed obiectu vel finis virtutis. sic em accepta veritas non est habitus qui est genus virtutis. sed equalitas quedaz intellectus vel signi ad rem intellectam et signatam. vel etiam rei ad suam regulam vt in primo habitu est. **Alom** pot dici veritas que aliquis vepz dicit fm qd p eam aliquis dicit vepz. et talis veritas siue veracitas necesse est qd sit virtus. quia hoc ipsum qd est dicere vepz est bonus actus. virtus aut est qui bonu facit habent. et opus ei bonu reddit. **Ad** i. ergo dicit qd illa pcedit de veritate primo modo dicit **Ad. ij.** dicit qd confiteri id qd est circa seipsum inquantu e confessio veri est bonum ex genere. sed hoc non sufficit ad hoc qd sit virtutis actus. sed ad hoc requirit qd vltet de vbitis circumstantijs vstiat. qz si no obseruentur actus virtuosus. et fm hoc virtuosus est qd aliquis sine debita causa laudet seipsum etiaz de vero. virtuosum est etiaz qd aliquis pecti suum publice quasi se de hoc laudando vel qualitercunqz inuuliter manifestat. **Ad. iij.** dicit qd ille qui dicit vepz pfect aliqua signa conformia rebo. s. vel verba vel aliq facta exteriora aut quascunqz res exteriores circa hmoi aut res sunt sole virtutes morales ad quas etiaz p nnet vsus exteriorz mebroz fm qd sit per imperiu voluntatis. vñ veritas voluntatis no e virtus theologica neqz intellectual. sed moral. Est aut in medio inter supfluum et vinituz dupliciter. vno quidez modo ex pte obiecti alio dicit pte acti. Ex pte quidez obiecti. qz vepz fm suaz ratione importat quandam equalitate. equalis aut est medium inter maius et minus. vñ ex hoc ipso qd aliquis dicit vepz tam de seipso medium tenet inter eu qui maiora dicit de se ipso. et inter eu qui minora. Ex pte aut actus medium tenet inquantu vepz dicit qd oportet et fm qd oportet. supfluum autem conuenit illi qui importune ea que sua sunt manifestat. defectus autem competit illi qui occultat quado manifestate oportet.

**Ad secundum sic procedit**

Unde qd veritas no sit spalis virtus. **Pre.** em et bonu conuenit. sed bonitas no est spalis virtus. quoniam oia vepz est bonitas. qz bonu facit hntez. ergo veritas no est spalis virtus. **Pre.** Manifestatio eius qd ad ipm boiez pntinet est actus veritas de q nunc loquimur. sed hoc pntinet ad qualiter virtute. quilibet em virtus habitus manifestatur

per actum. ergo veritas no est spalis virtus. **Pre.** Veritas vite dicit qd quis recte viuit de q dicit **Esa. xxxvij.** Mensura quoque ambulationum coram te in veritate et in corde perfecto. sed qualiter virtute recte viuit. vt patet p distinctione virtutis supra posita. ergo veritas no est spalis virtus. **Pre.** Veritas videt id esse simplicitati. qz viciqz opponit simulano. sed simplicitas no est spalis virtus. qz facit intentione rectam qd requirit in omni virtute. ergo etiaz veritas no est spalis virtus. **Sed** est qd in. ij. ethicoz conuenit alqs virtutibus. **Rn.** dicit qd ad ronez virtutis hntez pntet qd opus bonu moral. vñ vbi in actu boni minus inuenit spalis rone bonitatis. necesse e qd ad hoc vi sponat hoi p spalez virtute. cu aut bonu fm **Aug.** in li. de natura boni consistit in ordine necesse e speciale ronez boni considerari ex determinato ordine. est aut quiddam spalis ordo fm qd exteriora nra vel verba vel facta debite ordinant ad aliquid sic signu ad signatu. et ad hoc pntet hoi ad virtutez ventatis. vñ manifestu e qd veritas e spalis virtus. **Ad** i. ergo dicit qd vepz et bonu subiecto quidez conuenit. quia omne vepz e bonu et omne bonu e vepz. sed fm ronez inuicem se excludit. sic intellectus et voluntas inuicem se excludit. na intellectus intelligit voluntate et multa alia. et voluntas appetit ea q pntent ad intellectum. et multa alia. vñ vepz fm ronez pntet quia e pfectio intellectus et quoddam pntet bonu inquantu appetibile quoddam e. et similiter bonu fm propria ronez put est finis appetitus et quoddam vepz inquantu e quoddam intelligibile. qz ergo virtus includit ronez bonitatis. pot esse qd veritas sit spalis virtus. sic vepz e spale bonu. no aut pot esse qd bonitas hoi sit spalis virtus. cum magis fm ronez sit gen. virtutis. **Ad. ij.** dicit qd habitus virtutis et virtus forniunt spem ex eo qd est p se intentu. no aut ab eo qd est p accidens et pnt intentione. qz autem aliquis manifestat qd circa ipm est. pntet quidem ad v ronez veritatis sic p se intentu. ad alias aut virtutes pot pntet ex sequenti pntet pntet intentione. fornia em intendit fortiter agere. qd aut fortiter agendo aliquis manifestat fortitudine qua hz. hoc sequitur pntet pntet principalem intentione. **Ad. iij.** dicit qd veritas vite e veritas fm qua aliquid est vepz. non veritas fm qua aliquid dicit vepz vt aut vera vera sic et quelibet alia res ex hoc qd attingit suam regulam et mensuram. s. diuina lege p cuius conformitatez rectitudine hz. et tal veritas siue rectitudo cois e ad qualem virtute. **Ad. iij.** dicit qd simplicitas dicit p oppositum dupliciter qua. s. aliquid aliud hz in corde. et aliud ostendit exterioris et sic simplicitas ad hanc virtute pntet. facit aut intentione recta non quidez directe. qz hoc pntet ad omnem virtute. sed excludendo duplicitate qua hoi vñ pntet et aliud intendit.

**Ad tertium sic proceditur.**

Unde qd veritas non sit ps iusticie. Iusticie em propriu esse videt qd reddat alteri debitu. sed ex hoc qd aliquis dicit vepz no videt alteri debitu reddere. sic fit in oibz pmissis iusticie pntet. ergo veritas no est ps iusticie. **Pre.** Veritas pntet ad intellectum. iusticia autem est in voluntate vt supra habitus est. ergo veritas non est ps iusticie. **Pre.** Duplex distinguit veritas fm **Dico.** s. veritas vite et veritas iusticie et veritas doctrine. sed nulla istarum est ps iusticie. nam veritas vite continet in se omnem virtutez vt dictum est. veritas autem iusticie est idem iusticie. vñ no est ps eius. veritas autem doctrine pntet magis ad virtutes intellectuales. ergo veritas nullomodo est ps iusticie

procedit.

Sed hest q' tullius ponit veritate inter partes iusticie.  
i. poli. vnde q̄ aliquis auctoritate prelatorum predicet vel alia huiusmodi facit non ſupergreditur diſcipulari ⁊ vel ſubiectioſis gradum qui competit religioſis. ¶ Ad. ij. vñ q̄ ſicut religioſes alique inſtituuntur ad militandum. non quidem vt militent auctoritate propria ſed auctoritate principum vel eccleſie quibus ex officio competit. ſicut dicitur eſt. ita etiam religioſes inſtituuntur ad predicandum ⁊ confeſſiones audiendum. non quidem auctoritate propria ſed auctoritate prelatorum ſuperiorum ⁊ inferiorum ad quos ex officio pertinet. ⁊ ita ſubuenire prelatiſ in tali miniſterio eſt huiusmodi religioſis. proprium. ¶ Ad. iij. vñ q̄ a prelati� non conceditur talibus religioſis. vt quilibet indifferenter poſſit predicare vel confeſſiones audire. ſed ſm moderationem eorum q̄ huiusmodi religionibus preſciuntur. vel ſm rationem ipſorum prelatorum. ¶ Ad. iij. vñ q̄ plebs fidelis ſi tenetur ex debito iuris ad ſumptus miniſtrandos niſi ordinarijs prelati� qui propter hoc decimas ⁊ oblationes ſolum recipiunt ⁊ alios eccleſiaſticos reddunt. ſed ſi alij qui in huiusmodi actibus gratis velint fidelibus miniſtrare non poſſunt ab eis ſumptus exigentes. non propter hoc grauantur fideles. quia ⁊ ipſi poſſunt liberaliter recompenſare temporalem ſubuentioſem ad quam et ſi non teneantur ex debito iuris. tenentur tamen ex debito charitatis. non autem ita q̄ eis ſit tribulatio alijs autem remiſſio. vt dicitur. iij. ad. Cor. vii. ſi tamen non inueniuntur qui gratis ſe huiusmodi obſequijs manciparent. tenentur ordinarijs prelati� ſi ipſi non ſufficeret alios ad hoc idoneos querere quibus ſumptus ipſi miniſtrarent. ¶ Ad. v. vñ q̄ formam ſeptuaginta duorum diſcipulorum non ſolum tenent preſbyteri curati. ſed quicumq̄ alij minores ordines qui ep̄iſcopis in eorum officio ſubſeruiunt ⁊ locum quo erat ipſe venturus. oportet ut autem ſint vt preter ordinarios prelatos alij aſſumentur ad huiusmodi officia propter multitudinem fidelis populi et difficultatem inueniendi ſufficientes perſonas diſtributas ſingulis plebibus. ſicut etiam ⁊ religioſes ad miniſtrandum neceſſe fuit inſtitui propter defectum ſecularium principum ad reſiſtendum inſidelibus in aliquibus terris.

**Ad quintū ſic procedit.**

Videtur q̄ non ſit inſtituenda aliqua religio ad ſtudentium. Dicitur enim in po. Quoniam non cognoſcit litteraturam introibo in potentias domini. gloſa. id eſt. in vitam chriſtianam. ſed perfectio chriſtiane virtutis maxime videtur ad religioſos pertinere. ergo eorum non eſt ſtudio litterarum inſistere. ¶ Pre. Ad quod eſt diſſentionis principium religioſis non competit qui in vnitatem pacis congregantur. ſed ſtudium diſſentionem inducat. vnde et in prophetiſ ſubſecuta eſt diuerſitas ſecularum. vnde ⁊ die to. ſuper ep̄iſtolam ad Titum dicit. Anteq̄ diaboli inſtitu ſtudia in religione fierent ⁊ diceret in populis. Ego ſum Pauli. ego apollo. ego cephe. ⁊c. ergo videtur q̄ nulla religio debeat inſtitui ad ſtudentium. ¶ Pre. Profeſſio chriſtiane religionis diſſerere debet a profeſſione gentium. ſed apud gentes alij philoſophiam proſtrebat. ⁊ nunc etiam alij ſeculares dicuntur aliquarum ſcientiarum profeſſores. nō ergo religioſis competit ſtudiū

literarum. **S**ed contra est quod Hiero. in epistola ad Paulinum inuitat eum ad discendum in statu monastii co dicere. **D**iscamus in terra quorum scientia nobis p[ro]leuetur in celis. et infra quicquid quesieritis rectus scire conaboz. **R**ñ. v[er]um q[ui] sicut dicitur est religio potest o[mn]i diuini ad vitam actiuam et ad vitam contemplatiuam. inter opera autem vite actiue principaliora sunt illa que ordinantur vite ad salutem animarum. sicut predicare et alia huiusmodi. **C**ompetit ergo studium literarum religionis tripliciter. primo quidem quum ad id quod est proprium contemplatiue vite ad quam studium literarum dupliciter adiuuat. vno modo directe coadiuuando ad contemplandum. illuminando. intellegendum. vita enim contemplatiua de qua nunc loquimur principaliter ordinatur ad considerationem diuinorum. vt supra habitum est. in qua dirigitur homo per studium ad considerandum diuina. vnde in laudem viri iusti dicitur in ps. q[ui] in lege domini meditabitur die ac nocte. et Eccli. xxxij. dicitur. Sapientiam antiquorum exquirat sapiens et in propheta no vacabit. **A**lio modo studium literarum inuitat ad conseruandam vitam inditecete remouendo contemplationis pericula. scilicet errores qui in contemplatione diuinorum frequenter accidunt his qui scripturas ignorant. sicut i[n] colanionibus partum legitur q[ui] abbas Serapion propter simplicitatem incidit in errorem antropomorphitarum. id est eorum qui deum habere humanam formam arbitrantur. vnde dicit Grego. in vi. moralium. q[ui] nonnulli dum plus equitum contemplando q[ui] capiunt. vsq[ue] ad pericula dogmata erumpunt. et dux veritatis esse discipuli humiliter negligunt. magistri errorum sunt. et propter hoc dicitur. Eccli. ij. Cogitavi in corde meo abstrahere a viro carnem meam. vt animum meum transferrem ad sapientiam de uitare meq[ue] stultitiam. scdo necessarium est studium literarum religiosis infirmis ad predicandum et alia huiusmodi exercendum. vnde apostolus dicit ad Titum. i. de episcopo ad cuius officium huiusmodi actus pertinent. amplectentem eum qui fm doctrinam est fidei lem sermonem vt potens sit et doctari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere. **N**ec obstat q[ui] apostoli a se q[ui] studio literarum ad predicandum sunt inuisti. quia vt Hiero. dicit in epistola ad Paulinum. quecuq[ue] alqs exercitatio et quotidiana i[n] lege meditatio tribuere solet. hoc illis spiritus sanctus suggerere. tertio studium literarum religioni congruit quum ad id quod est religioni commune. valet enim ad viuandam carnio lasciuiam. **U**nde et Hiero. dicit ad Rusticum monachum. **A**ma scripturarum studia et carnis vitia non amabis. auertit enim animum a cogitatione lasciuie. et carnes macerat propter suum laborem. fm illud Eccli. xxx. Vigilia honestatis rabe faciet carnes. valet etiam ad auferendam cupiditatem diuitiarum. vnde Sap. vij. dicitur. Diuitias nihil esse diuini in comparatione illius. et i. Machab. xij. dicitur. **N**os autem nullo horum indignimus. scilicet exteriorum subsidiorum habentes solatio sanctos libros qui in manibus nostris sunt. valet etiam ad obedientie documentum. **U**nde et Augu. dicit in li. de operibus monachorum. **Q**ue est ista peruersitas. lectioni nolle obtemperare dum vult et vacare. et ideo manifestum est q[ui] congrue potest institui religio ad studium literarum. **A**d. i. ergo v[er]um q[ui] glosa tibi i[pp]onit illud d[omi]ni littera xereticis legis. de qua apostolus dicit. q[ui] ad Cor. ij. littera cecidit. vnde no cognoscere litteraturam est non approbare litteralem circumscriptionem et ce

teras carnales obseruantias. **A**d. ij. v[er]um q[ui] studium ad scientiam ordinatur que sine charitate inflat. et per consequens dissensionem facit. fm illud. **P**rouer. xij. Inter superbos semper sunt iurgia. sed cum charitate edincat et concordiam parit. vnde. i. ad. Cor. i. Apostolus cum dixisset. diuites facti estis in omni verbo et in omni scientia postmodum subdit. **I**psium dicatis omnes. et non sint i vobis scismata. **H**iero. tamen non loquitur ibi de studio literarum. sed de studio dissensionum que per hereticos et schismaticos intrauerunt in religionem christianam. **A**d. iij. v[er]um q[ui] philosophi profitebantur studia literarum quum ad seculares doctrinas. sed religiosis competunt principaliter intendere studio literarum pertinentium ad doctrinam que fm pietatem est. vt dicitur ad Titum. i. alqs autem doctrinis intendere non pertinet ad religiosos quorum tota vita diuinis obsequijs mancipatur nisi in q[ui]bus ordinantur ad sacram doctrinam. **U**nde Augu. dicit in fine musicie. nos dum negligentes esse non estimamus quos heretici non omnia et scientie fallaci pollicitatione decipiunt tardius incedimus consideratione ipsarum viarum quod tamen facere non auderemus nisi multos pios ecclesie filios eadem refellendorum hereticorum necessitate fecisseyderemus.

**Ad sextum sic proceditur**

**V**idetur q[ui] religio que vacat vite contemplatiue non sit potior ea que vacat operibus vite actiue. **D**icitur enim extra de regularibus et transeuntibus ad religionem. ca. licet **S**icut maius bonum minori bono preponitur. ita communis utilitas specialis utilitati preferatur. et in hoc casu recte preponitur doctrina silentio. solitudo contemplationi. et labor quieti. sed religio est melior que ad maius boni ordinatur. ergo videtur q[ui] religiones que ordinantur ad vitam actiuam sint potiores illis que ordinantur ad vitam contemplatiuam. **R**ñ. **O**mnis religio ordinatur ad perfectionem charitatis. vt supra habitum est. vnde supra per illud ad Hebr. ij. **N**ondum vsq[ue] ad sanguinem res firmis. dicit glosa. **P**erfectior in hac vita dilectio nulla est ea ad quam sancti martires perueniunt qui contra peccatum vsq[ue] ad sanguinem certauerunt. certare autem vsq[ue] ad sanguinem competit religionibus que ad militiam ordinantur. que tamen pertinent ad vitam actiuam. ergo videtur q[ui] huiusmodi religiones sint potissime. **R**ñ. **T**anto videtur esse aliqua religio perfectior quanto est arrior. sed nihil prohibet aliquas religiones ad vitam actiuam ordinatas esse arrioris obseruantie q[ui] sunt ille que ordinantur ad vitam contemplatiuam. ergo sunt potiores. **S**ed contra est quod dominus Luc. x. dicit optimam partem esse Marie per quam vita contemplatiua signatur. **R**ñ. v[er]um q[ui] sicut supra dicitur est. differretina vnus religionis ad aliam principaliter quidez attenditur ex parte finis. secundario autem ex parte exercitij. et quia non potest aliquid dici altero potius nisi fm id in quo ab eo differret. ideo excellentia vnus religionis super aliam principaliter quidem attenditur fm religionis finem. secundario autem fm exercitium. diuersimode tamen fm vtunq[ue] comparatio attenditur. nam comparatio que est fm finem est absoluta. eo q[ui] finis propter se queritur comparatio autem que est fm exercitium est respectiua. q[ui] exercitium non queritur propter se sed propter finem. et ideo illa religio alteri preferatur que ordinatur ad finem absolute potiore vel quia est maius bonum. vel quia ad

plura bona ordinatur, si vtro sit finis idem, secundario at  
 t. videtur preeminencia religionis non finem quantitatem ex  
 currit sed finem proportionem eius ad finem intentum, vnde  
 et in collationibus partium introducitur sententia beati  
 Antonij qui preterit discretione per quam aliquis om  
 nia moderatur, et ieiunij et vigilijs et omnibus huiusmo  
 di observantijs, sic ergo dicendum est quod opus vite acti  
 ve est duplex. Cuius quidem quod ex plenitudine con  
 templationis derivatur, sicut doctrina et predicatio, vnde  
 Grego. dicit in v. omel. super Ezech. quod de perfectis vi  
 tis post contemplationem suam redeuntibus dicit. Me  
 moriam suavitatis tue eructabunt et hoc presertim simpli  
 ci contemplationi, sicut enim maius est illuminare quam lu  
 cere solum, ita maius est contemplata aliquid tradere quam so  
 lum contemplari. Aliud autem opus est active vite quod  
 rationaliter consistit in occupatione exteriori, sicut elemosy  
 nas dare, hospites recipere et alia huiusmodi que sunt mi  
 noris operibus contemplationis nisi forte in casu necessita  
 tis, vnde et supra dicitur patet, sic ergo summum gradum in  
 religionibus tenet que ordinatur ad docendum et predi  
 candum, que et proximissime sunt perfectioni episcopo  
 rum sicut et in alijs rebus fines primorum coniunguntur  
 principijs secundorum, vnde Dionys. dicit, vij. ca. de divi  
 nomi. secundum autem gradum tenent ille que ordinan  
 tur ad contemplationem, tertius est eorum que occupan  
 tur circa exteriores actiones. In singulis autem horum gra  
 duum potest attendi preeminencia finem quod vna religio ordi  
 natur ad altioris actum in eodem genere, sicut inter ope  
 ra active vite potius est redimere captivos quam recipere ho  
 spites, et in operibus vite contemplative potius est oratio  
 quam lectio, potest etiam attendi preeminencia si vna eorum  
 ad plura horum ordinatur quam alia, vel si convenientiora sta  
 tuta habeat ad finem propositum consequendum. Ad  
 i. ergo vtrum quod de cretalis illa loquitur de vita activa pro  
 ut ordinatur ad salutem animarum. Ad. ij. vtrum quod re  
 ligious que in statuuntur propter militiam directius or  
 dinantur ad hoc quod effundant sanguinem hostium quam ad  
 hoc quod eorum sanguis effundatur, quod proprie marty  
 ribus competit, nihil tamen prohibet huiusmodi religio  
 sos in aliquo casu meritum martyrij consequi, et finem hoc  
 preterit alia religio sicut et opera activa interdum in  
 aliquo casu preteruntur contemplationi. Ad. iij. vtrum  
 quod actus observantiarum non est illud quod precipue  
 in religione commendatur, vnde beatus Antonius dicit, et  
 Esa. lviij. dicitur. Nunquid tale est ieiunium quod ele  
 gi per diem affligere hominem animam suam, assumitur  
 tamen in religione vnde necessaria ad carnis macerationem  
 que si sine discretione sit periculum de ficiendi habet an  
 nerum, sicut beatus Antonius dicit, et ideo non est potius  
 oratio religio ex hoc quod habet arduos observantias, sed ex hoc  
 quod ex maiori discretione sunt eius observantie ordinate ad  
 finem religionis, sicut ad continentiam efficacius ordi  
 natur maceratio carnis per abstinentiam ubi et potius que  
 pertinent ad famam et litim quam per subtractionem vestitus  
 que pertinent ad frigus et ad nuditatem, et quod per corpora  
 lem laborem.

Ad septimum sic procedit

Videtur quod habere aliquid in communi diminuat perfec  
 tionem religionis, dicit enim dominus Mart. xij. Si  
 vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pau  
 peribus ex quo patet quod carere mundanis divitijs pertine

at ad perfectionem christiane vite, sed illi qui habent ali  
 quid in communi non carent divitijs mundanis, ergo vi  
 detur quod non attingant omnino ad perfectionem christia  
 ne vite. Pre. ad perfectionem consiliorum pertinet vnde  
 homo mundana sollicitudine careat, vnde et Apostolus, i  
 ad Cor. xij. datus consilium de virginitate dicit, volo  
 vos sine sollicitudine esse, sed ad sollicitudinem presentis  
 vite pertinet, quod aliqui referunt sibi aliquid in futurum, quod  
 quidem sollicitudines dominus discipulis prohibet Mart.  
 vi. dices, Nolite solliciti esse in crastinum, quod videtur quod habe  
 re aliquid in communi diminuat perfectionem christiane  
 vite. Pre. Divitie communes quodammodo perti  
 nent ad singulos qui sunt in communitate, vnde Hiero.  
 ad Heliodorum episcopum dicit de quibusdam loquens  
 Sunt diviores monachi quam fuerunt seculares, possident  
 opes sub christi paupere, quas sub locuplete diabolo non  
 habuerunt, suspirat eos ecclesia divites, quos tenet mu  
 dus ante mendicos, sed quod aliquis habeat divitias, p  
 prias derogat perfectioni religionis, ergo etiam perfecti  
 omni religionis derogat quod aliquid in communi habeatur  
 Pre. Grego. in. iij. dialogorum narrat de quodam sa  
 crissimo viro Isaac quod cum ei discipuli humiliter immi  
 nerent ut pro usu monasterij possessiones que offereban  
 tur acciperet, ille solutus sine paupertatis cultos sortem se  
 teniam tenebat dicens, Monachus qui in terra possessi  
 ones querit monachus non est, quod intelligitur de com  
 munitatis possessionibus que pro communi usu monaste  
 rij et offerebantur, ergo videtur quod habere aliquid in com  
 muni tollat perfectionem religionis. Pre. Dominus  
 perfectionem religionis discipulis tradens Mart. x. di  
 cit, Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuni  
 am in zonis vestris, non peram in via, per quod vi. Die.  
 dicit, arguit philosophos qui a vulgo appellatur baccho  
 preteriti quasi contemptores seculi et omnia pro nihilo du  
 centes cellarium seculi rebus, ergo videtur quod referunt  
 re aliquid sine in proprio sine in communi diminuat per  
 fectionem religionis. Sed contra est quod Prosper  
 dicit in libro de vita contemplativa, et habetur, xij. q. i.  
 Sano ostenditur et propria debere propter perfectionem  
 continentiam sine impedimento perfectionis ecclesie posse  
 facultates que sunt pro obsequio communia possidere. Ri.  
 vdm quod sicut supra dicitur est, perfectio enim consistit es  
 sentialiter in paupertate sed in christi sequela, finem illud  
 Hierony. super Mart. Quia non sufficit omnia relinq  
 re, ad didi Petrus quod perfectum est, si secum sumus te  
 paupertas autem est sicut instrumentum vel exercitium  
 perveniendi ad perfectionem, vnde in collationibus par  
 trum abbas Moyses dicit, Ieiunia, vigilie, meditatio  
 scripturarum, nuditas ac privatio omnium facultatum  
 non perfectio sed perfectionis instrumenta sunt, est autem  
 privatio omnium facultatum sine paupertate perfectio  
 nis instrumentum in quantum per remotionem divitia  
 rum tolluntur quedam charitatis impedimenta que sunt  
 precipue tria, quorum primus est sollicitudo quam seculi  
 divitijs afferunt, vnde dominus dicit Mart. xij. Quod  
 autem seminatum est in spinis, hic est qui verbum dei au  
 dit, et sollicitudo seculi istius et fallacia divinarum suffo  
 cat verbum. Secundum autem est divinarum amor qui  
 ex divitijs possessis augetur, vnde et Hierony. dicit su  
 per Mart. quod quia divitie habere difficile continentur  
 tur, non dixit dominus Mart. xij. impossibile est divi  
 tem intrare in regnum celorum, sed difficile, Tertius autem

est inanis gloria vel elatio que ex diuitijs nascitur. *fm il*  
*lud ps.* Qui confidunt in virtute sua. et in multitudine  
 diuitiarum suarum gloriantur. horum ergo ritum primu  
 a diuitijs separari non potest totaliter siue sint magne si  
 ue parue. necesse est enim boiem aliquantulum sollicitari de ac  
 quiritioe vel conseruandis exterioribus rebus. sed si res  
 exteriores non querantur vel habeantur nisi in modica qua  
 ntitate quantum sufficiunt ad simplicem victum. talis so  
 licitudo non multum impedit hominem. vnde nec perfe  
 ctioni repugnat christiane vite. non enim omnis sollicitu  
 do a domino interdicitur. sed superflua et nocua. vnde su  
 per illud *Matth. vi.* Ne solliciti sitis anime vestre quid  
 manducetis et cetera. *Augu. in li. de sermone domini in*  
*monte.* non hoc dicitur ista non procurantur quantum ne  
 cessitas est. sed vt non ista timeantur. et propter ista faci  
 ant quicquid in euangelij predicatione facere iubentur. s; ab  
 undans diuitiarum possessio abundantiozem sollicitu  
 dinem ingerit. per quam animus hominis multu; distra  
 hitur et impeditur ne totaliter seruetur in dei obsequium  
 alia vero duo. scilicet amor diuitiarum et elatio seu glori  
 ario de diuitijs non consequuntur nisi abundantes diuiti  
 ae. differt tamen circa hoc vtrum diuine abundantes vel  
 moderate in proprio vel in comunem habeantur. nam solli  
 citudo que circa proprias diuitias adhibetur pertinet ad  
 maiorem priuatum quo quis se temporaliter amat. s; sol  
 licitudo que adhibetur circa res communes pertinet ad a  
 morem charitatis que non querit que sua sunt sed commu  
 nibus intendit. et quia religio ad perfectionem charitatis  
 ordinatur quam pericit amor dei vsq; ad contemplatus  
 sui. habere aliquid proprium perfectioni repugnat re  
 ligione. sed sollicitudo que adhibetur circa bona commu  
 nia pertinere potest ad charitatem licet per hoc impediri  
 possit aliquis alius charitatis actus puta contemplatio  
 nis diuine aut instructionis proximorum. ex quo patet qd  
 habere superabundantes diuitias in communi. siue in re  
 bus mobilibus siue in immobilibus est impedimentu;  
 imperfectionis. licet non totaliter excludat eas. habere au  
 tem de rebus exterioribus in communi siue mobilibus si  
 ue immobilibus quantum sufficit ad simplicem victum  
 perfectioe religionis no impedit. si consideretur paupertas p  
 comperationem ad communem finem religionum qui e  
 vacare diuinis obsequijs. si autem consideretur per  
 comperationem ad speciales fines religionum. sic presuppo  
 sito tali sine paupertas maior vel minor est religioni ac  
 comoda. et tanto erat vnaqueq; religio fini paupertatem  
 perfectioe quanto habet paupertatem magis proportiona  
 tam suo fini. manifestum est enim qd ad exteriora et cor  
 poralia opera vite actiue indiget homo copia exteriorum  
 reru. ad contemplationem autem pauca requiruntur.  
 vnde philoso. dicit in .x. ethicis. qd ad actioes multis opus  
 est et q;to vtiq; maiores sunt et meliores pluribus. specu  
 lanti autem nullo talium ad operationem est necessitas s; solis  
 necessarijs indiget. alia vero impedimenta sunt ad  
 speculationem. sic ergo patet qd religio que ordinatur ad  
 actioes corporales actiue vite pura ad militandum vel ad  
 hospitalitatem sectandam imperfecta est et si communib;  
 caret diuitijs. religiones aut que ad contemplatiuam  
 vitam ordinantur tanto perfectiores sunt q;to eorum pau  
 pertas minorem eius sollicitudinem temporalium inge  
 rit. tanto autem sollicitudo temporalium reru magis i  
 pedit religionem. q;to sollicitudo spiritualium maior ad  
 religionem requiritur. Manifestum est autem qd maior

tem sollicitudinem spiritualium requirit religio que est  
 futura ad contemplandum. et contemplata alijs traden  
 do per doctrinam et predicationem. q; illa que est insitu  
 ta ad contemplandum tantum. vnde talem religionem ve  
 cet paupertas talis que minimam sollicitudinem ingerit.  
 manifestum est autem qd minimam sollicitudinem inge  
 rit seruare res vsui hominum necessarias tempore q;ro  
 procuratas. et ideo tribus gradibus religionum supra po  
 sitis triplex gradus paupertatis comperit. nam illis reli  
 gionibus que ordinantur ad corporales actiones actiue  
 vite comperit habere abundantiam diuitiarum communi  
 tum. illis autem religionibus que sunt ordinate ad contē  
 plandum magis comperit habere possessiones moderatas  
 nisi simul oporteat tales religiosos per se vel per alios ho  
 spiritalitate tenere et pauperibus subuenire. illis autem q;  
 ordinantur ad contemplata alijs tradenda comperit vna  
 habere maxime ab exterioribus sollicitudinibus expediti  
 ram. quod quidem fit dum modica que sunt necessaria  
 vite congruo tempore procurata conseruantur. et hoc toy  
 minus paupertatis insituro docuit suo exemplo. habebat  
 enim loculos. vnde commissos. in quibus recondet  
 bantur ei oclata. vt habetur *Job. xij.* Nec obstat qd *Die*  
*tony.* dicit super *Matth.* Si quis obijcere voluerit quod  
 niam iudas pecuniam in loculis portabat. respondemus  
 qd rem pauperum in vius suos conuertere nephas pura  
 uit. scilicet soluendo tributum. quia inter illos pauperes  
 precipue erant eius discipuli in quorum necessitates pecu  
 nia loculorum christi erpendebatur. dicitur enim *Jo. iij.*  
 qd discipuli abierunt in ciuitatem vt cibos emerent et *Jo.*  
*xij.* dicitur qd discipuli putabant quia loculos habebat in  
 das. qd dixit ei *Iesus.* eme ea que opus sunt nobis ad  
 diem festum aut vt egenis aliquid daret. ex quo patet qd  
 conseruare pecuniam aut quascunq; alias res commu  
 nes ad sustentationem religiosorum congregationis eius  
 tem vel quorumq; alioru in pauperum est perfectioni co  
 forme. quam chaltus docuit suo exemplo. sed et discipuli  
 post resurrectionem a quibus omnis religio sumplit origi  
 nem preta prediorum conseruabant et distribuere vni  
 cuiq; prout opus erat. *Ad. i.* ergo ddm. qd sicut dicitur  
 est. ex illo verbo domini non intelligitur qd ipsa pauper  
 tas sit perfectio sed perfectiois instrumentum. et sicut o  
 stensum est minimum est inter res principalia instrumē  
 ta perfectionis. nam votum continentie preeminet voto  
 paupertatis. et votum obedientie preeminet vtiq;. quia  
 vero instrumentum non propter se queritur sed p. op. et fi  
 nem. non tanto aliquid sit melius q;to maius est instru  
 mentum sed quanto e magis fini proportionatum. sicut  
 medicus non tanto magis sanat quanto maiorem dat me  
 dicinam. sed quanto medicina est magis proportionata  
 morbo. sic ergo non oportet qd religio tanto sit perfectior  
 quanto maiorem habet paupertatem. sed quanto eius  
 paupertas est magis proportionata fini communit et spe  
 ciali et sic diceretur qd excessus paupertatis faceret religio  
 nem perfectiorem. *fm* hoc qd est pauperior. non tamen fa  
 ceret eam perfectiorem simpliciter. posset enim esse qd alia  
 religio excederet in his que pertinent ad continentiam et  
 obedientiam. et sic esset simpliciter perfectior. quia quod  
 in melioribus excedit est simpliciter melius. *Ad. ij.*  
 dicendum qd per hoc quod dominus dicit *Matth. vi.*  
 Nolite solliciti esse in crastinum. non intelligitur qd ni  
 bil referatur in futurum. hoc enim periculosum esse bea  
 tus *Antonius* in collationibus patrum ostendit dicens.

q̄ p̄tuationem omnium facultatum ita sectātes vt ex ip̄  
sio nec quidem vnus diei vitium sibi met̄ vn̄umve tena  
rium superesse paterentur. ⁊ alia huiusmodi facientes ita  
videmus tepente deceptos vt acceptam opus non porne  
unt congruo exitu terminare. ⁊ vt Augusti. dicit in li. de  
operibus monachorum. si hoc verbum domini. nolite sol  
liciti esse in crastinum. ita intelligatur vt nihil in crasti  
num reponatur non poterunt illa seruare qui se per mul  
tos dies a conspectu hominum separatos includunt vi  
uentes in magna intentione orationum. ⁊ postea subdit  
an forte quo sunt sanctiores eo sunt volucibus dissimili  
ores. ⁊ postea subdit. si enim vtgeantur ex euangelio vt  
nihil reponat in crastinum. respondet cur ergo ipse domi  
nus loculos habuit vbi pecuniam collectam reponeret.  
cur tanto ante fame imminente frumenta sanctis partib  
us missa sunt. cur apostoli indigentē sanctorum neces  
saria procurarunt. quod ergo dicitur. Nolite solliciti esse  
in crastinum s̄m Hiero. sic eponitur sufficit nobis presē  
tis temporis cogitatio. futura que incerta sunt deo relin  
quamus s̄m Chryso. sic sufficit labor quem patens pro  
pter necessaria. noli d̄ superfluo laborare. s̄m Augusti. sic  
cum aliquid boni operamur non temporalia que signifi  
cantur per crastinum. sed eterna cogitemus. Ad. ter  
tium dicendum q̄ verbum Hiero. habet locum vbi sunt  
superabundantes diuitie que habentur quasi proprie. vt  
per quarum abusum. etiam singuli de communitate sup  
biunt ⁊ lasciuunt. non aut̄ habet locum in diuitis mode  
ratio communiter conseruatis ad solam sustentationem  
vite qua singuli indigent. eadem enim est ratio q̄ singu  
li vrantur his que pertinent ad necessaria vite ⁊ q̄ com  
muniter conseruentur. Ad. iij. dicendum q̄ Isaac  
possiones rennebat acapere. quia timebat ne per hoc  
ad superfluas diuitias veniretur per quam abusum im  
pe dicitur religionis perfectio. vnde Grego. ibidem sub  
dit. sic metuebat paupertatem sue securitatis perdere si  
cut auan diuites solent perituras diuitias custodire. non  
aut̄ legitur q̄ rennerit recipere aliqua necessaria ad vi  
te sustentationem communiter conseruandam. Ad. v.  
dicendum q̄ philosophus in. i. politico. dicit panem ⁊ vi  
num et alia huiusmodi esse diuitias naturales. pecunias  
vero diuitias esse artificiales. ⁊ inde est q̄ quidam pblo  
sophi nolebant vri pecunia sed alqs rebus quasi s̄m natu  
ram viuentes. ⁊ ideo Hierony. ibidem per sententiam  
domini qui simul ter vtrunq̄ in edicis ostendit q̄ in idēz  
redit habere pecuniam ⁊ alias res vite necessaria. ⁊ tamē  
licet dominus huiusmodi nō potari in via ab his qui ad  
predicandum mittebantur ordinauerit. non tamen ea in  
communi conseruari p̄hibuit. qualiter tamē illa verba  
domini intelligenda sunt supra ostensum est.

**¶ Ad octauum sic procedit**

Videntur q̄ perfectior sit religio in societate viuendum q̄  
agentium solitariam vitam. Dicitur enim Eccles. iij.  
Melius est duos esse simul q̄ vn̄um. habent enim emol  
umentum societatis sue. igitur videntur perfectior esse re  
ligio in societate viuendum. Pre. Mart. xviij. dicitur.  
Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo  
ibi sum ego in medio eorum. sed nihil potest esse melius  
q̄ christi societas. ergo videtur q̄ viuere in congrega  
tione sit melius q̄ ducere solitariam vitam. Pre. In  
ter alia religionis vota totum obediēte excellentius est.  
⁊ humilitas est maxime deo accepta. sed obediētia ⁊ hu

militas magis obseruantur in conuersatione q̄ in solitu  
dine. dicit enim Hiero in epistola ad Rusticum mona  
chum. In solitudine cito succipit superbia. dormit quan  
do voluerit. facit quod voluerit. e contrario autem ipse do  
cet eum qui in societate viuunt dicens. Non facias quod  
vis. comedas quod iuberis. habeas quantum acceperis  
subiactis cui non vis. seruias fratribus. p̄positum mo  
nasterij timeas vt teum. diligas vt parentem. ergo vide  
tur q̄ religio in societate viuendum sit perfectior. ea que  
solitariam vitam agit. Pre. Dominus dicit Luc. xi.  
Nemo accendit lucernam ⁊ in abscondito ponit neq̄ sub  
modio. sed illi qui solitariam vitam agunt videntur esse  
in abscondito positi nihil vn̄ litans hominibus afferentes  
ergo videtur q̄ eorum religio non sit perfectior. Pre.  
Id quod est s̄m naturam hominis videtur ad perfectio  
nem virtutis pertinere. sed homo est naturaliter animal  
sociale vt philosophus dicit in. i. politico. ergo videtur q̄  
agere solitariam vitam non sit perfectius q̄ agere vitam  
socialem. Sed contra est quod Augusti. in libro de  
operibus monachorum illos sanctiores esse dicit qui a cō  
spectu hominum separati nulli ad se p̄tulerunt accessum vi  
uentes in magna intentione orationum. R̄n̄ dōm q̄  
solitudo sicut ⁊ ipsa paupertas non est ipsa essentia per  
fectionis. sed perfectionis instrumentum. vnde ⁊ in colla  
tionibus patet dicit abbas Hiero. q̄ pro puritate cor  
dis solitudo sectanda est sicut ⁊ ieiunia ⁊ alia huiusmo  
di. manifestum est autem q̄ solitudo non est instrumen  
tum congruum actioni sed p̄tentioni. s̄m illud Ecce  
ij. Ducam eam in solitudine ⁊ loquar ad cor eius. vnde si  
congruit religionibus que sunt ordinate ad opera vite as  
critue siue corporalia siue spiritualia nisi forte ad tempus  
exemplo christi qui vt dicitur Luc. vi. exiit in montem  
solus orare ⁊ erat p̄noctans in oratione dei. compenit au  
tem in religionibus que sunt ad contemplationē ordina  
te. Considerandum est tamen q̄ id quod est solitariū de  
bet esse sibi per se sufficiens. hoc autem est cui nihil deest  
quod pertinet ad rationem perfecti. ⁊ ideo solitudo com  
p̄t̄ contemplatiui qui iam ad perfectum peruenit. Ad  
quidem contingit dupliciter. vno modo ex solo diuino  
munere. sicut patet de Iohanne baptista qui fuit repletus  
spiritu sancto. ad huc ex voto maris sue. vnde euz adbu  
puer esset erat in deserto vt dicitur Luc. i. Alio modo per  
exercitium virtuosius actus. s̄m illud ad hebre. v. Perfecto  
rum est solidus abusus eoz qui pro consuetudine exercita  
tos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Ad exer  
citiū aut̄ huiusmodi iuuatur homo ex aliozū societate  
re dupliciter. vno modo q̄rum ad intellectum vt instru  
atur in his que sunt contemplanda. vnde Hiero. dicit  
ad Rusticum monachum. Vbi placet vt habeas sacroz  
conuermium. nec ipse te doceas. sed q̄rum ad affectus  
vt. s. noxie affectiones hominis reprimantur exemplo et  
⁊ correctione aliozū. quia vt dicit Grego. iij. moral.  
super illud cui redi in solitudine demum. Quid prodest  
solitudo. corporis si solitudo desuerit cordis. ⁊ ideo vita  
socialis necessaria est ad exercitium perfectionis. solitudo  
aut̄ compenit iam perfectio. vnde Hiero. dicit ad Rusti  
cum monachum. Solitariam vitam reprehendimus  
tne quippe quā sepe laudauimus s̄z te mdo monasterioz  
huiusmodi volumus egredi milites quos breui mdi  
mentia dura non tereant qui speciem p̄tationis sue  
multo tempore didicerunt. sicut ergo id quod iam perfe  
ctum est p̄tinet ei quod ad perfectionem exercet. ita

vita solitaria si debite assumatur preceperit vite for-  
 trali. si autem ab his precedentibus exercitiis talis vita assu-  
 mat est periculosissima nisi per diuinam gratiam suppleat  
 rur quod in alijs per exercitijs acquiritur. sicut patet de bea-  
 to Antonio & Benedicto. Ad. i. ergo vobis qd Salomō  
 ostendit melius esse qd sint duo simul qd unus. ppter auri  
 lum quod unus habet ab alio vel ad sub leuandū vel so-  
 uendum vel spiritualitē calefaciendū. quo quidez auxilio  
 tam non indigent qui sunt perfectionem assecuti. Ad  
 ij. vobis qd dicitur. i. Job. iij. Qui manet in caritate in  
 teo manet & deus in eo. sicut ergo chabitus est in medio  
 eorum qui sibi inuicem per dilectionem proximū socianē  
 ita habitat in corde eius qui diuine premeditationi insisit  
 per dilectionem dei. Ad. iij. vobis qd a cui obedire ē ne-  
 cessarium his qui indigent exercitijs in directionem alio-  
 rum ad perfectionem capiendam. sed illi qui iam perfec-  
 ti sunt spiritu dei sufficienter aguntur vt non indigeant  
 actu alijs obedire. habent tamen obedientiam in prepara-  
 tione animi. Ad. iij. vobis qd sicut Aug. dicit. xij. de ci-  
 uitate dei. A studio cognoscende veritatis timo prohibe-  
 re quod ad laudabile pertinet odium. qd autem aliquis  
 super candelabru ponatur non pertinet ad ipsum. sed ad  
 eius superiores. que sarcina si non imponatur. vt Aug. ibi  
 dem subdit. premeditande veritati vacandum est. ad quam  
 plurimū valet solitudo. & tamen illi qui solitariam vitam  
 agunt multum viles sunt generi humano. Unde Aug.  
 dicit in lib. de moribus ecclesie de his loquens. Hanc so-  
 lo qui eis per certa in ternalla tempore affertur & aqua cō-  
 tem. delectatissimas terras nobis eorum animus in orationi  
 dei cui puris mentibus inbeferunt. videntur autem non  
 nullis res humanas plus qd oportet desiderasse. non in-  
 telligentibus quantum nobis eorum animus in orationi  
 bus profit & vita ad exemplum quorum corpora videre nō  
 sumunt. Ad. v. vobis qd homo potest solitariam vitam  
 dupliciter. vno modo quasi societatem humanam nō  
 feceris ppter animi seuitiam. & hoc est bestiale. alio mo-  
 do per hoc qd totaliter diuinis rebus inbetet. & hoc est su-  
 pra hominem. & ideo philosophus dicit in. i. politico. qd il-  
 le qui alijs non cōmunicat est bestia aut deus. id est. diuini-  
 uis vit.

Questio CLXXXIX

Deinde considerandū

est de ingressu religionis. Et circa hoc querit  
 tur decem. Primo vtrum illi qui non sunt ex-  
 ercitati in obseruantijs preceptorum debeant ingredi reli-  
 gionem. Secundo vtrum liceat aliquos voto obligari  
 ad religionis ingressum. Tertio vtrum illi qui voto obli-  
 gantur ad religionis ingressum teneantur votum imple-  
 re. Quarto vtrum illi qui uolunt religionem intrare tes-  
 neantur ibi perpetuo remanere. Quinto vtrum pueri sint  
 recipiendi in religionem. Sexto vtrum propter parentū  
 obsequium aliqui debeant tetrabā religionis ingressu.  
 Septimo vtrum psbyteri curati vel archidiaconi possint  
 ad religionē manire. Octauo vtrum te vna religioe possit  
 aliq̄ transire ad aliā. Nono vtrum aliq̄s debeat alio indu-  
 cere ad religiois ingressum. Decimo vtrum requiratur magis  
 na tēheratio cum consanguineis & amicis ad religionis  
 ingressum.

Ad primū sic proceditur

Vnde qd nō debeant religionem ingredi nisi illi qui sunt

in pceptis exercitati. Dñs enī psilijs pfectionis dedit ado-  
 lescenti qui dixerat se pcepta a iuuentute seruasse. sed a  
 chabito sumpsit ininiū omnis religio. ergo videtur qd non  
 sint ad religionem admittendi nisi qui sunt in pceptis  
 exercitati. Pre. Grego. dicit super Ezech. Nemo repē-  
 te fit luminus. sed in bona puerfatione a minimis quis in-  
 choat vt ad magna pueniat. sed magna sunt psilia que p-  
 tinent ad perfectionem vite. minora autem pcepta sūt  
 que pertinent ad cōmunez iusticiam. ergo videtur qd nō  
 debeant aliqui ad obseruantiā psilioz religioez intrare  
 nisi prius fuerint in pceptis exercitati. Pre. Sic  
 ordines facti habent quandam excellentiā in ecclesia. ita  
 et religionis status. sed sicut Grego. scribit angloz cpi  
 scopo. & habet in veteris dis. rōij. Ordinate ad ordines  
 accedendum est. nam casum appetit qui & summi loci sa-  
 stigia post positis gradibus per abrupta querit ascensum.  
 scimus enim qd edificari parietes non prius rigozū pon-  
 dus accipiunt nisi a nouitatis sue bumoz sicentur. ne si  
 ante pondera qd solidentur accipiant ea neczā simul fabri-  
 cam reponant. ergo videtur qd non debeant aliqui ad re-  
 ligionem transire nisi in pceptis sint exercitati. Pre.  
 Super illud ps. Sicut ablactatus super matre sua. vic-  
 glo. In vtero matris ecclesie primo pceptimur dum fidei  
 rudimentis instrumur. deinde in lucem educimur dum  
 per baptsimū regeneramur deinde quasi manibus eccle-  
 sie portamur & lacte nutrimur. cum post baptsimū bonis  
 operibus infirmamur. & lacte spiritualis doctrine nutri-  
 mur proficēdo donec iam grandiusculi a lacte matris ac-  
 cedamus ad mēsam patris. id est. a simplici doctrina vbi  
 pceditur verbum caro factum est. accedamus ad ver-  
 bum patris in principio apud deuz. & postea subdit. quia  
 nuper baptsizati in sabbato sancto q̄si manibz ecclesie ge-  
 stant & lacte nutriti vsqz ad pentecosten. q̄ tpe nulla dis-  
 ficilia indicit. nō ieiunaf. nō media nocte surgit. postea  
 spū pachylo pfirmati q̄si ablactati incipiūt ieiunare alia  
 difficilia seruare. multi hō bñc ordinē puerterit. vt here-  
 tici & scismatici se añ tpe a lacte separātes. vñ extrin-  
 guūt. sed hunc ordinem puertere videntur illi qui religionem  
 intrant vel alios ad intrandū inducūt anteqz sint in facili-  
 ori obseruantijs pceptorū exercitati. ḡ videt qd sint heretici  
 v. scismatici. Pre. A prioribz ad posteroz a trāseidū  
 sed pcepta sunt priora psilijs. qd sunt cōiora vropote a qbz  
 nō puerit exiit psequētia. q̄cūqz enī seruat psilia seruat  
 pcepta. sed nō puerit. pgru? aut ordo ē vt a prioribz ad  
 posteroz a trāseidū. ḡ nō debet aliq̄s trāseire ad obseruantiā  
 psilioz in religioe nisi prius sit exercitatus in pceptis. Sz  
 gra ē qd dñs Martheu publicanū qui in obseruantijs pce-  
 proz exercitatus nō erat aduocauit ad psilioz obseruantiā.  
 dicit enī Lu. v. qd relicis oibz securus est enī. nō ḡ est neces-  
 sariū qd qñ aliq̄s exerceat in obseruantijs pceptorū qd trans-  
 eat ad pfectionē psilioz. Pñ. vobis qd sicut ex supdictis  
 patet. hū religiois ē qd dā spūale exercitiū ad psequēdūz  
 charitatis pfectionē. qd quidē sit inquitū p religiois ob-  
 seruantiā auferunt impedimenta pfecte charitatis. hec  
 autem sunt que implicat affectum hois ad terrena. p h  
 aut qd affectus hois implicat ad terrena. nō solū impedi-  
 tur pfectio charitatis. sed in terdū etiā ipsa charitas perdi-  
 tur dum per inordinatam puerfionem ad bona tempora-  
 lia homo auertit ab incōmutabili bono mortaliter peccā-  
 to. vnde patet qd religiois obseruantijs sicut tollunt im-  
 pedimēta pfecte charitatis. ita etiam tollunt occasiones  
 peccandi. sicut patet p ieiuniū & vigilijs & obediētijs &





et in diuersa peccata. ergo videt qd non sunt aliqui ad religionis ingressum voto obligandi. Sed pta est quod in ps dicit. Clouete et reddite dno deo vestro. vbi dicit glo. qd quedam sunt vota ppria singulor. vt castitas virginitas et huiusmodi. ad hoc ergo vouenda inuitat nos facta scriptura que non inuitat nisi ad id quod est melius ergo melius est qd aliquis voto se obliget ad religionis ingressum. Rñ. vdm qd sicut sup dictu est cu d' voto age retur. vnu et idem opus ex voto factu est laudabilis qd si sine voto fiat. tum qd vouere est actus religionis qd habet quandā excellentiā inter ceteros. tum qd per votu fit maior voluntas hois ad bonu faciendū. et sicut petri est grauius ex hoc qd pcedit ex voluntate obliuata i malū. ita bonū opus est laudabilis ex hoc qd pcedit ex voluntate pfirmata in bonū p votum. et ideo obligat voto ad religionis ingressum est fm se laudabile. Ad. i. ergo vdm qd dupler est religionis votū. vnu solenne qd hominem facit monachū vel alterius religionis fratrem. quod vocat pfectio. et tale votum debet pcedere annuo. pbanonis vt pbat obiecto. aliud autē est votum simplex ex quo aliquis non fit monachus vel religiosus sed solū obligat ad religionis ingressum. et ante tale votum non oportet pcedere pbanonis annum. Ad. ij. vdm qd auctoritas illa Grego. intelligit de violentia absoluta. necessitas autem que ex obligatione von requirit non est necessitas absoluta sed necessitas ex fine. quia. si post votum nō potest aliquid finem salutis psequi nisi impleat votū. talis autem necessitas non est vitanda. qnimo vt Aug. dicit ad Romē tatiū et Paulinā. Felix est necessitas que ad meliora trāsmittit. Ad. iij. vdm qd vouere religionis ingressum est quedam pfirmatio voluntatis ad meliora. et ideo quāvis est se non dat boi occasione ruine. sed magis subtrahit sed si aliquis voti transgressor grauius ruat. hoc non derogat bonitati voti. sicut nec derogat bonitati baptisimi qd aliqui post baptisimū grauius peccant.

Ad tertium sic procedit.

Videt qd ille qui obligat est voto ad religionis ingressum non teneat intrare religionē. Dicitur enim in decretis xviij. q. i. Consultus pbyter quondā infirmus passioe pfectus monachū se fieri. pmissit. non tamen monasterio aut abbatē se tradidit. nec pmissione scripsit. sed bñficiū ecclesie in manū aduocati refutauit. ac post qd pualuit monachū se negauit fieri. et postea subdit. iudicam? vt pbat pbyter bñficiū et altaria recipiat et quiete retineat. hoc autē non esset si teneat religionē intrare. ergo videt qd nō teneat aliquis implere votum quo se ad religionis ingressū obligauit. Rñ. Nullus teneat facere id quod non est i potestate ipsius. sed qd aliquis religionē ingrediā nō est in potestate ipsius. sed requirit ad hoc assensus eorū ad quos debet mansere. ergo videt qd non teneat aliquis implere votū quo quis se ad religionis ingressū obligauit. Rñ. Per votū min? vtile non potest derogari voto magis vtili. sed per impletionē von religionis impediti posset impletio von crucis in subditū terre sancte. quod videt esse vtilius quia per hoc votum psequitur homo remissionē peccator. ergo videt qd votum quo quis se obligauit ad religionis ingressum non sit ex necessitate implendum. Sed pta est quod dicit Eccl. v. Si quid voluisti deo ne morier reddere. displicet enī ei infidel' et stultus pmissio. et sup illud ps. Clouete et reddite dno deo vestro. dicit glo. Clouete voluntati p siliū. sed post voti p

